



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1626**

III. De statu Religioso quoad eius substantialia, & ingentibus præmiis  
eidem promiſſis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

TRACTATUS III.

DE STATV RELIGIOSO QVO AD EIVS SVB-  
STANTIALIA, ET INGENTIBVS  
PRAEMIIS EIDEM PROMISSIS.

CAPVT I.

QVOD SIT STATVS RELIGIOSVS, ET CHRISTVM  
D. N. cum in lege noua constituisse; eiusque aliquid in anti-qua  
precessisse.

**I**NTER eos Status, qui sub Continentiæ vexillo militant, præ-  
lucet quasi Sol inter sydera sacer Status Religionis. Quod Re-  
ligionis nomē attribuit sibi, quāuis aliās propriū sit nobilissi-  
mæ & cuiusdā virtutis, cuius est reddere Deo supremum cultum  
& honorem ei debitum, ob infinitam eius præstantiam & ex-  
cellentiam: cuius actus sunt Adoratio, quàm Latrām appellamus, Deuotio,  
Oratio Sacrificia, Oblationes, & Vota, & alij similes: quibus omnes Christia-  
ni Deū ipsum honorāt ac venerantur, sed eisdē tamen multo perfectiūs ex-  
ercent cultores & Professores huius status, quē per excellentiā Religionem  
appellamus. Quæ non aliud est, quā Congregatio hominū Creatoris ac Re-  
demptoris sui obsequio perpetuo dedicatorū, & obstrictorū cū ea perfectio-  
ne, quam Sacrum Euangelium docet: ad quem statum tribus illis peruulga-  
tis vortis, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ se se obstringunt, iuxta ali-  
quam formulam, modumque viuendi ab Ecclesia Sancta approbatum. Tria  
enim sunt necessaria ad propriam status Religiosi perfectionem. *Primum*  
est, firmum animi decretum seruandi perpetuam Castitatem, Paupertatem,  
& Obedientiam, ita vt nunquam retrocedat, aut aliquid ex ijs resumat, qui-  
bus per huiusmodi virtutes sponte se spoliavit, ac renunciauit. quod tamen  
non sufficit, nisi addatur *Secundum*: vt idem animi decretum voto confir-  
metur. Ad rationem enim status spectat, (vt supra est dictum) vt stabilis sit  
ac firmus: Hanc autem firmitatem non habet, nisi ex vi voti, quo promitti-  
tur Deo D. N. id, quod ipse Status ex suo Instituto offeretur. Sed neq; suffi-  
cit tria illa vota priuatim & ex propria deuotione edi: (quod facere posset  
etiam qui in saeculo manere vellet) sed necesse est secundū eam formam & ra-  
tionem id fieri, quam Ecclesia præscripsit: licet enim vota illa in seipsis san-  
cta sint,

Religionis  
status præc  
alios.

Quid sit  
Religio.  
S. Tho. 2.2.  
q. 186. a. 6.  
Tria neces-  
saria ad  
perfectio-  
nem reli-  
giosam.

1.

2.

Et a fin.



ita sint, eaque Deus approbet & acceptet à quocunque legitime ea offerre: sed, cum diuersa sint rationes, fines, ac media, ea custodiendi: committit Deus Ecclesie suae, suoque vicario Pontifici Romano, solennitatem; conditiones & media praescribere, quibus ea sint edenda, vt verè sint vota religio- & hac ratione Ecclesia, & eius nomine ceteri Praelati ea acceptant, vt constituant Statum Religionis.

Vide S.  
Thom. 2. 2.  
q. 81. a. 1.  
In Amos. 9.  
Lib. de vera  
Relig.  
a Ecc. 4. 12.  
Lib. 10. Esti-  
mol. verbi  
Religio.

Religiosi  
dicuntur  
quasi rele-  
gentes.

b Prom. 9. 1.

Argumen-  
tum huius  
tractatus.

OPTIMO autem iure nomen hoc Religionis ei statui tanquam proprio assignatur: ducitur enim, (vtrah S. Hieronymus & S. Augustinus) à verbo Religare, hoc est rursus ligare. Nam omnes homines, naturalis quidem in vinculo, diuino sese obsequio mancipant: at Christiani secundo Euangelii legis vinculo in Baptismo se ligant: quibus duobus vinculis tertium addunt Religiosi, obstringentes se tribus praedictis votis, tanquam à funiculo triplici quo Ecclesiastes ait, quod difficile rumpatur. Postquam enim Religiosi se se ipsos obstrinxerunt: non possunt se ipsos dissoluere: eò quod in perpetuum ligati, diuinoque seruitio dedicati maneat. S. Isidorus dicit: non est Religio venire à verbo Relegere: eò quod tales deducunt se ad leuiter cogitandas res diuini cultus; legentes, & repetentes semel & saepius lecturas & occupationem earum rerum, quae ad sui status obligationem spectant: eius excellentiae nulla via melius intelligi possunt, quam si explicetur quod ipse status sit, & quas res complectatur. Cuiusmodi nomen tanquam proprium datur nomen Religionis, quod omnibus Ecclesiae statibus est commune: tribus eidem tanquam proprium attribuere, quod spiritus sanctus per Salomonem de tota illa dixit. nam saepe euenit, vt magni alicuius palatii delinca- magno artificio sit in alio minori, quod in ipso maiori continetur, comparatio quodam expressa. Ait itaque Sapiens; b Sapiens edificauit sibi domum excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit in sam suam. Misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad moenia ciuitatis. Si est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus loquuta est: venite, comedite panem meum & bibite vinum, quod miscui vobis. Relinquitte infantiam, & venite, & conulate per vias prudentiae. In qua sententia quaecunque diximus de ipsa Ecclesia in primo Tomo, videbimus satis clarè depicta, ea quae pertinere ad Statum Religionis: qui huius & sequentis Tractatus est materia & argumentum auctorem scilicet eius, antiquitatem, firmitatem, & finis eius praestantiam. Institutorum eius varietatem, votorum obligationes, legum pactum & restrictionem; modum vocationis ad tot bonis fruendum; personas quae vocantur, ac media, quibus Christus D. N. vitur ad talem vocationem. Simul etiam insinuatur excellentiae, magnaeque huius status utilitates.



S. I.

*Auctor Status Religiosi.*

**A**PRIMO igitur præcipue que Status Religiosi auctore inchoâtes: du-  
bium non est. quin Sapientia diuina incarnata, quæ ingentem Eccle-  
siaz domum fundauit & exstroxit, etiam in eadem ædificauerit sacram do-  
mum Religionis, cum rebus illis præcipuis, quæ ad eius essentiam, & firmi-  
tatem spectant. Quæ quemadmodum ueniens in mundum, tradidit se in  
mortem, permittens a latu sua lancea aperiri, & ex eo sanguinem & aquam  
exire: b vi exhiberet (vt ait Apostolus): *ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem  
maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata*; ita di-  
cere licet, quod uenerit in hunc mundum magis in particulari, vt intra ipsâ  
Ecclesiam, Religionem exsterneret: in qua Excellentius adhuc Ecclesiaz  
pulchritudo & nitore splenderet: præuidens hanc Euangelicæ perfectionis  
præstantiam in multitudine omnium Christianorum haud conseruandam;  
multitudo si quidem semper sequitur quod laxius est; & quod preciosum  
est, & rarum, an paucis inuenitur. Pro his igitur paucis ædificare uoluit angu-  
stam Religiosæ uitæ domum. Quemadmodum insinuauit ipse, cum adoles-  
centi dicenti, se omnia mandata custodiuisse à iuuentute sua, dixit: *es vis per-  
fectius esse uade, uende quæ habes, & da pauperibus: & ueni, & sequere me.* quibus  
uerbis (vt ait S. Augustinus) manifestauit felicitis huius Status foundationem:  
qui supra præceptorum obseruantiam, addit etiam consiliorum Euangeli-  
corum, in Paupertate, Castitate, & Obedientia religiosa; Paupertatem indi-  
cauit, cum dixit: *uende quæ habes, eorum quæ proprietati renuncia, dando ea pau-  
peribus*; Castitatem, cum dixit: *ueni sequere me*, seruando scilicet Castitatem,  
quam ipse seruabat: de qua iam dixerat d esse quosdam *Eunuchos, qui se ipsos ca-  
strauerunt propter Regnum cælorum*, quod ipse prædicabat; similiter insinuauit  
obedientiam eodem illo uerbo *sequere me*: nam propterea sequi debebat, vt  
obediret, & uitam perfectam, quâ ipse ducebat, ac docebat, amplecteretur.  
Hoc ipsum attentius adhuc deducitur ex eo quod, nolente adolescente illo  
Statum tantæ perfectionis amplecti, statim S. Petrus Apostolus, reliquorum  
Apostolorum nomine, dixit ipsi Christo: *ecce nos reliquimus omnia, & sequuti  
sumus te. Quid ergo erit nobis? qui S. Petrus nomine rerum omnium, quas reli-  
querant, non solum facultates & possessiones intellexit quas reliquissent, vt  
paupertatem amplecterentur: sed uxorem quoque, propriamque libertatem, cul-  
tores & Professores facti continentiaz, & subiectiõnis erga suum Magistrum.  
Ita enim S. Hieronymus deducit ex ipsius Saluatoris ad S. Petrum respõsione  
qua dixit: *e Omnis, qui reliquerit domum, uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut  
matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet  
& uitam eternam possidebit.* Satis enim apertè his uerbis Christus insinuauit*

Author  
status reli-  
giosi Car-  
rius.  
Sapientia a  
difi. aui sibi  
domum:  
a iuan. 19  
34.  
b Ephes. 5.  
16.

c Matt. 19.  
21.  
Epist. 19.  
9. 4.

d Matt. 9.  
12.

Lib. 1. cont.  
Iouinia.  
c Marci. 10.  
29.  
Luc. 18. 29.



Omnia re-  
linquentes  
maxima re-  
cipient;  
*Lib. 17. de  
Civitate. 4. 2.  
1. q. 88. a. 4.  
ad 3.*

*Vide Suarez  
in 3. P. tom.  
2. Disput.  
28. Sect. 2.  
Opus vir-  
tutis cum  
voto præ-  
stantius  
est alijs.  
Tract. 1. c. 9.  
F. P. 11. 20.  
Ibidem.  
Ibidem in  
1. expositio-  
ne.  
S. Hiero-  
ny.*

*Psalm. 39. 7.  
Heb. 10. 3.*

1.  
Excellentia  
prima sta-  
tus religio-  
si est ratio  
fundatoris  
h. 1. Pet. 2. 4.

2.  
Status re-  
ligiosus  
antiquus est

uit: omnia illa deseruisse Apostolos, ut ipsum sequerentur; quibus præ-  
terea centuplum etiam promittebat. Et quod etiam ipsi futuri erant funda-  
mentalia Evangelicæ perfectionis saxa, quos reliqui fideles sequuntur; certis-  
simum est, (ut ait S. Augustinus quem S. Thomas, eiusque schola  
sequitur) S. Petrum & reliquos Apostolos eâ ratione rebus suis omnibus  
Christum sequerentur, renunciasse; ut tribus ad id editis votis sese obtul-  
lerint: inspirante eis eorum Magistro hunc perfectionis modum, quem postea  
essent prædicaturi, & in Ecclesia ipsa constituturi.

QUI MADMODVM autem supremus hic Magister omnibus præibat: sed  
per exemplo, & prius opere exequatur, quod verbo docebat: creditur  
est, quod quemadmodum perfectissime seruauit Paupertatem, Castitatem  
Obedientiam patri suo: ita etiam votum ediderit earundem trium virtutum  
ut qui semper faceret, quod erat optimum, & perfectissimum: nam, ut supra  
dictum est, præstantius est opus virtutis, quod fit cum voto, quam sine illo.  
Ac propterea in Psalmo, in quo de eius passione agitur, cum ea referuntur  
quæ ipse erat factururus, ait:  *vota mea reddam in conspectu timentium te.* Vnde  
quit, S. Basilius) appellat ea quæ promiserat se facturum; aut (ut S. Augu-  
stinus ait) sacrificia, quæ pro salute mundi obtulit: inominatim autem passio-  
nem ac mortis sacrificium. Nam credendum est, ipsum voto se obtulisse æterni  
Patri, cum ingressus in mundum ei dixit:  *quia corpus aptasti mihi ut sacrifici-  
ri posset, ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam: Deus meus id voluit & in  
tuam in medio cordis mei.* Et ea vota impleuit in conspectu timentium Deum  
ut exemplo suo eos exstimularet ad ipsius imitationem.

PRIMA igitur Status Religiosi excellentia oritur; ex præstantia primi  
ius fundatoris Christi D. N. qui est Sapientia æterna, & modo quodammodo  
de eminenti, & superiori quàm nostro; dignatus est esse primus legis Evan-  
gelicæ Religiosus, ac petra fundamentalis huius ædificij; adiungens sibi dis-  
cipulos religiosos, qui ipsum imitarentur, & h.  *accederem* (ut S. Petrus dixit)  
 *lapidem hunc vium, super quem & ipsi super edificarentur tanquam lapides vi-  
ni, & efficeretur domus quædam spiritualis, ipsa scilicet sacra Religio.*

Ex quo etiam constat secunda eiusdem Status excellentia, eius scilicet  
antiquitas: siquidem orta est in mundo cum ipso met eiusdem mundi Salu-  
tore, qui in ipso instanti quo cepit esse homo, obtulit Patri suo proposita  
vota perfectionis Religiosæ. Quid enim fuit porticus illa Bethlehem, in qua  
ipse Saluator erat cum matre sua & Iosepho; nisi vix quædam Religio  
domus? nam omnes tres erant Virgines Deo consecrati; omnes tres pauperes  
in summa paupertate; clamante infantulo exemplo suo, quod postea erat  
tiam verbo prædicaturus. Quare statim atque cepit Ecclesiam suam fundare, ce-  
pit quoque Religionem intra eam disponere ac erigere. Quemadmodum S.

Benar-







a Num. 6.

Perfecta  
sanctitas in  
mortifica-  
tione sui  
ipsius con-  
sistit.

b Mat. 8.2

c Thro. 4.7.  
Oratio. in  
Laudem S.  
Basilij.

Ebur figu-  
ra est casti-  
tatis chari-  
tate, exor-  
nata.

d Mat. 23.

e1. Reg. 10.3  
Epist. 4. ad  
Rustic. 5.  
3. ad Paul.  
Lib. 1. de Of-  
fic. Eccl. 6.3  
1. Reg. 2.  
5. 15.

perfectionem obligantes se voto ad ea, quæ diuini essent obsequij: quantum votum illud non perpetuum esset, sed ad certum aliquod tempus a quo tempore abstinebant a vino, & omni, quod inebriare posset, nec comedebant quidquam vineæ esse posset, ab una passa usque ad actum: nec nouacula transibat per caput eorum, sed permittere debebat crescere *Casariem capitis sui; nec contingere aliquem mortuum, etiam Patrem aut matrem: ut sic intelligeretur, perfectam sanctitatem consistere in plena sui ipsorum mortificatione; speciatim autem in tribus. Primum, ut abstineant à rebus delectabilibus, & occasionibus in eandem cadendi, quantumuis paruis ac leuibus. Secundum, ut huius vitæ onera patienter ferant; neque delectationis aut indulgendi sibi causa, illa à se excutiant. Tertium; ut omnem amorem pariter, fratrum, & cognatorum omnino uant ac deponant, b dimittentes mortuos sepelire mortuos suos; ut perfectos consequenda studeant, quam profitentur. Et hac via multi ad totam perfectionem sanctitatem, ut Ieremias de eis dixerit, candidiores Nazareis, et emundiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Saphyro pulchriores. Quæ omnes qualitates eminentius competunt nostris Religiosis quos propterea S. Gregorius Nazianzenus Nazareos appellat: de quibus merito dicere licet, quod similibicundiores ebore antiquo, quod est os Elephantis, in initio quidem candidum; sed propter antiquitatem efficitur rubicundum & multo pulchrius: quod ut supra diximus figura est Castitatis, charitate exornata, & in aliis virtutibus eam comitantibus condecorata. Quid igitur est, quod dicimus Euangelicos Nazareos esse rubicundiores ebore antiquo: nisi quod Religiosi nostri plurimum excedant antiquos in Castitatis puritate: in puritate spiritus, in feruore charitatis, & in omnium virtutum excellentia: quod tanquam exemplar & Magistrum habeant Dominum illum, de quo dixerunt Prophetæ (ut refert S. Mattheus) d quoniam Nazareus vocabitur iustus scilicet & consecratus Domino nouorum Nazareorum exemplar, cuius nonnullum vestigium fuerunt antiqui; quos noui ita præcellunt, ut veritas figuram, & corpus verum suam umbram excedit.*

Erat etiam in antiqua lege modus alius Religionis eorum, quos scriptura filios Prophetarum appellat, qui custodiebant Castitatem; & à communiorum hominum conuersione abstinebant; leq; in diuinis laudibus occupabant. De tempore Samuelis dicitur, quod egrex Prophetarum de cænis de excelsis, quos precedebat Psalterium & tympanum, & tibia, & cythara, ipsi autem illi erant Collis Dei: eod quod deditur esset ad laudandum & glorificandum Deum à Sanctis illis viris, huic tantum rei intentis. Postea floruerunt valde tempore Elize, ac discipuli eius Elilai, quos S. Hieronymus & S. Iudeus Eremiticæ ac Religiosæ vitæ principes appellant: eo quod Virginitatem

coluennæ



oluerint, & in paupertate vixerint seorsum in solitudine, quos f filii Prophe-  
tarum habitantes in Iericho, tanquam Magistros suos habuerunt, obedientes  
es, eorumque consilia amplectentes. Ad quorum imitationem continuata  
fuit haec vita ratio in secta Edessenorum: de quibus Iosephus refert, quod  
renunciarent nuptijs, ac diditijs; haberentque omnia inter se communia; &  
alias coetudines aded legibus nostrorum Religiosorum similes, vt aliqui  
Doctores affirmant Edessenos illos fuisse hebraeos, ad Christianismum co-  
uersos: de quibus idem refert Philo Iudaeus, laudans (vt refert Eusebius Cae-  
sariensis) celsitudinem Religionis quam S. Marcus Alexandria plantauerat  
inter hebraeos, amplectentes fidem Euangelicam.

Quicquid tamen de hoc sit, semper Deus operam dedit, vt in antiqua  
lege duplex ille Religionis modus praedictus conseruaretur: iuxta illud,  
quod ipse dixit per Amos Prophetam: *g ego sum qui ascendere vos feci de terra  
Egypti: Et suscitauis de filiis vestris in Prophetas, & de iuuenibus vestris Nazareos:*  
quos in paruo licet numero ex multitudine plebis elegit, vt maiori spiritu,  
ipsius seruitio se manciparent. Quam ob rem in sancto Ioanne Baptista,  
qui finis fuit antiquae legis, & praecursor nouae, vterque hic gradus Religio-  
nis fuit simul: nam h ab ipso utero matris suae fuit Nazareus, spiritu sancto reple-  
tus, & Propheta & filius Prophetarum; & secessit in loca deserta, vixitque in  
perpetua Virginitate & paupertate, aperiens hoc modo fundamenta Eremiti-  
cae ac Religiosae vitae in Euangelica lege ideoque S. Gregorius Nazianze-  
nus, & S. Hieronymus ducem illum faciunt vitae Religiosae. Quamuis Chri-  
stus D. N. eam constituerit in ea perfectione, quam habet, tanquam supre-  
mus omnium Magister, cuius causa Religiosi nostri, quodammodo prome-  
rentur in sine nomen Prophetarum: eo quod (vt ait S. Bernardus) castitate,  
paupertate, suaque a deo exacta Obedientia prophetizant, post hanc tempo-  
ralem & visibilem vitam, aliam superesse aeternam & inuisibilem: ad quam  
suspirant contententes quae cunque sunt in hac vita.

CAPITULUM II.

PRAECELSVS RELIGIONIS FINIS EST VT RELI-

*grosi non sibi, sed soli Deo viuant.*

EXDICTIS proximo capite deducere licet celsissimum finem, quem di-  
uina sapientia respexit, dum Religionis a domini edificauit sibi. Nam  
est h vniuersa propter semetipsum operatus sit Dominus, & propter gloriam  
suam, sed praecipue tamen domum hanc sibi edificauit multis de causis, vt  
scilicet esset locus dedicatus ad quaerendam gloriam Dei, in quo ipse lauda-  
retur, & glorificaretur a suis electis: quorum opera ita in mundo praluce-  
rent, vt omnes, a videntes, excitarentur ad coelestem ipsius Patrem glorifica-  
dam: de, vt inestimabili gloriae suae & redemptiois efficacita-

Lib. 10. An-  
tiquitat. .  
Lib. 2. de  
Bellis 7.  
Canisius de  
Cof. Euag.  
4 5. Bellar.  
supra 6. 5.  
S. Hiero E-  
pist. ad Eu-  
st. de ser-  
uanda vir-  
gin.  
Li. 2. histo-  
ca. 3. 15.  
g Amos. 10.

h Luca 1. 15.  
Oratio in S.  
Basil. epist.  
ad Eusto.  
Chrys. ho-  
mil. in Ma-  
Castro col. 2.  
cap. 6.  
Serm in id.  
Psal. 23.  
Hac est ge-  
neratio  
quaerentium  
Dominum.

a Pro. 9. 1.  
b cap. 16. 4.  
Religionis  
domum  
diuina sa-  
pientia  
multis de  
causis sibi  
aedificauit.





Domus religionis solarij Christi.

c Psal. 92. 5.  
d Isa. 56. 7.  
e Eccl. 31. 31.

f Psal. 21. 31.

1.  
Religiosi non sui sed Dei sunt.

g Isai. 43. 7.

2:

h 2. Co. 5. 15

3.

i Rom. 14. 6

4.  
k Isa. 44. 5.  
Deus non habet opus creaturis.

tem manifestaret: faciens eos, qui in mundo uiuerent, ipso mundo suspenses; & in carne uiuentes, nō uiuere secundum carnem. Item hanc domum edificauit, ut sibi esset solarij ac recreationis domus: in qua desiderij sui compos fieret, quo desiderat conuersari cum filijs hominum, agēdo familiariter cum ipsis Religiosis: qui, ut ipsi soli attenderent, omnia reliquerunt; ac omnique, ut in eadem domo, infinita suae sapientiae thesauros aperiret, deos electos suos scientiam propriam sanctorum, & occulta mystica scientia spiritus. Quamobrem Religionem licet appellare *e domum sanctitatis, & domum Orationis, & e domum disciplina;* & domum propriam Dei edificauit ipsum & pro ipso, potius quam pro nobis. nam, etsi verum sit, quod eam nobis edificauerit, & in bonum commodumq; nostrum: eo quod inuenta bona per eam nobis eueniant, ut postea uidebimus: noluit tamen dicitur quod nobis sed sibi eam edificasset. Vt Religiosi intelligant: se non suos sed Dei; nec sibi ipsis sed Deo uiuere debere: iuxta illud Psalmistae: *Sancti mei illi uiuent:* quia eam non suam reputabat, sed Dei. Est enim eius creatura à quo totum esse accepit, quod habet: aequum igitur est, ut Creatori seruiat: & ut opus artificis ipsi seruiat, qui ad hoc illud fecit, ut eius opera uideretur. Est eius ancilla; eius sanguine redempta, qui vitam suam pro eius redemptione exposuit. Ego (ait Dominus) *gredemur te, & uocauit te nomine tuo: nomen est tuum.* Hoc uolo esse imposteriorum proprium nomen tuum: qui est Dei. Cuius igitur sis totus Dei, sicut mancipium totum est Domini, qui illud emittit: quum est, te uiuere non tibi ipsi, sed ei Domino, qui te redemit: ita enim apostolus dixit: *h pro omnibus mortuus est Christus: ut qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.* Speciali gratia elegit te ipse, esses pars Ecclesiae suae; speciali uocatione te uocauit, ut esses membrum religionis ipsius; fecit te uicium lapidem huius domus; quam in suum uicium obsequium edificauit: aequum igitur est, te totum in hoc ipso occupari, & quidquid cogitaueris, loquutus fueris, & feceris: id non tibi, sed ei Domino fiat, cuius tu es. Vt re ipsa impleas quod idem Apostolus dixit: *qui sapit, nemo sibi sapit; & qui manducat Domino manducat: nemo enim nostrum sibi uiuit, sed nemo sibi moritur. Sive enim uiuimus, Domino uiuimus: sive morimur, Domino morimur. Sive ergo uiuimus, sive morimur, Domini sumus quod si Dei es: cui, nisi Deo uiuere debes? Tecum loquitur Isaias dicens: *h iste dicit: Domini ego sum. Et scribet manu sua: Domino: seu: Dei sum ego;* cum enim eius uocationi praesens cōsensit: me ipsum obstrinxi, ut illi soli uiuerem. Quod si cum Deus sit absque anima illi uiuere, quae amat; dū ad eum attendente, & cū tanta cura, eius cōmodis cōsultit, ut suorum amicorum bonū, propriū reputer; idemq; sit, & edificare domum, & eandē illis edificare: quanto magis erit rationi consentaneum.*



anima illa à se ipsa omnino exeat, soliq; Deo viuat, totam se occupas in eo qd ei placet; & implens quidquid ille præcipit, ac consulit hoc est quod sponsa dicebat: *I dilectus meus mihi, & ego illi; & iterũ, in ego dilecto meo, & dilectus meo mihi.* ille, inquit, viuat mihi, & ego illi viuo; sed interest: quod ille attendit commodo meo; ego autem eius seruitio; ille cõsulit honori meo, ego autem studeo honori eius; ille per amorem est totus meus, & ego per amorem sum tota eius: Hæc ille facit, quia bonus est & complacet sibi, dum creaturis suis benefacit; ego idem facio, quia ipse est vltimus finis meus, vnicum bonum meum: teneorq; illi ex toto corde meo seruire: & vix mihi, nisi id fecero. nam (vt S. Bernardus ait) dignus est morte; dulcissime Iesu, qui vult sibi viuere & non tibi; & qui tibi non sapit, desipit. propter temetipsum fecisti omnia: & qui vult esse sibi, & non tibi: nihil esse incipit inter omnia.

Hoc ipsum clamant tria Religionis vota. Nam vir Vxorì suæ viuut; vxor viro suo: vterq; enim attendit, n *quomodo placeat alteri.* Anima autẽ, quæ voto Castitatis se obstrinxit, viuut spõlo suo Christo; & cogitat, *quomodo placeat Deo.* Diuites huius sæculi sibi viuunt; ac propterea diuitias quærun, quibus sibi ipsis indulgeant: pauper verò spiritu, qui eas omnes reliquit, ostendit, se non sibi viuere; sed Deo, à quo sperat alimenta, qui gloriantur de sua libertate, viuunt sibi accipientes tanquam regulam ducendæ vitæ suæ, proprium iudicium & voluntatem propriam; at Religiosus, per votum obedientiæ, propriam libertatem exiit; ac desinit esse suus: tradit verò suum iudicium, voluntatem, & libertatẽ Deo, suisq; Prælati. Quare si definire velimus: quid sit Religio, licebit cum S. Bernardo dicere: esse generationem hominum nõ quærentium se ipsos, sed Deum; & profertentiũ viuere, non sibi ipsis; sed Deo suo. Sunt enim domus illa, quam Sapientia diuina ædificauit sibi: vt scilicet in ea viueret, & habitaret: ita vt cum Apostolo dicere possent: *o vno iam non ego sed vnus in me Christus.* Quinam quæso maior honor, quæ maiores diuitiæ, aut læticia maior haberi potest, quàm quod sis domus Dei: in qua diuina habitet Sapientia: stude, ait S. Augustinus) Deum possidere, vt ipse te possideat, & sic eris hæreditas, ac domus eius. Nam, si ipse possidet, aut possidetur: vtrumque est in tuum commodum. Felices Religiosi qui sunt domus, in qua Deus habitat: nam talem hospite, & habitatorẽ habentibus, nihil deesse poterit. Felices quoque illi, quod non sibi viuant, sed ipsi Deo siquidem Deo viuentes, multò meliùs sibi viuunt: quia in Deo inuenient quidquid desiderare possunt, si in eius perseuerent obsequio. p *Christus enim (ait Apostolus) tanquam filius est in domo patris sui, quæ est etiã ipsius propria: quæ domus sumus nãe fiduciam & gloriam speret usque ad finem firmam retineamus,* viuentes ad gloriam eius, qui habitat in nobis; & construxit nos, vt simus eius domus & habitatio.

I Cant. 5. 10  
m c. 6. 2.

Serm. 20. in  
Cant. in i-  
nitio.

S.  
n 1. Cor. 7.  
33.

Anima vo-  
to obstricta  
viuit Chri-  
sto.

Religio est  
generatio  
hominum  
non quæ-  
rentiũ se.  
Serm. in id  
Psal. 23.  
Hæc est ge-  
neratio.  
o Gal. 2. 20.

Felix est  
qui non si-  
bi sed Deo  
viuit.  
p Hebr. 6

ATTEN-



ATTENDE igitur, Religioſe, ne ab excelſo illo ſine degeneres, quem in be-  
 tu tuo quaerere profiteris: ne te ipſum abieciſ: ac deprimas, ut in poſterum  
 viuas mundo, hoſti tuo; nec carni, ancilla tua; nec tibi ipſi, qui iam non  
 tuus; nec ſolatum inuenire poteſ in abiecto adeo ſine, qualis tu ipſe eſ:  
 cum iam te ipſum lauaueris ſupra te, ut Deo tuo te coniungeres, au-  
 gares: uiue ipſi Deo tuo; & cum eius Apoſtolo dic: *ego per legem, legimus  
 ſum, ut Deo uiuam. Chriſto confixus cruci*: Per legem ſpiritus, & peccatum  
 mortuus ſum, legi carnis, legibus mundi, & amoris proprii: ut ſoli Deo  
 uiuam: pro cuius amore clauſum trinum uotorum confixus ſum cruci me-  
 demptoris, ut ipſe uiuat in me, & ego in eo, in aeternum Amen.

CAPVT III.

FUNDATIO PARTICVLARIVM RELIGIONVM  
 iuxta diuerſos earum fines, qui ad ſeptem praeſcriptos reducuntur.

PRIMUM, quod Sapientia diuina in hac Religionis domo, quam  
 adificauit, ad eius pulchritudinem & firmitatem fecit, illud ſicut  
 exciderit columnas ſeptem, quibus totum adificium inniteretur, & inſu-  
 retur: quae (iuxta id quod S. Gregorius de Eccleſia dicit) ſunt particulae  
 Religionum multitudo quae diuerſis ſuis Inſtitutiſ: Statim hunc ſuſtinet  
 & multitudo uirorum Apoſtolicorum, qui uita & d. ſtrinã uã cum ſan-  
 ctu diuino, eas fundarunt & conſeruant in perfectione, quam profiterentur.

Cum enim diuina Sapientia multas & varias habeat uias & rationes  
 ad perfectionem ducendi; nec ſit poſſibile, eoſdem homines, omnes illas  
 ſuas tenere: ita rem diſpoſuit ac direxit, ut eſſent uariae Religiones, uariae  
 Inſtituta, quae poſſent uarijs perſonarum generibus accommodari: oſtendit  
 ex una parte inſtimabiles gratiae ſuae theſauros, & pulchritudinem Chri-  
 ſtianae perfectionis, quae una cum ſit quo ad interiora, habet tamen quo  
 exteriora admirandam uarietatem. Nam una eademque charitas & amor  
 Dei, & proximi (in quo, teſte S. Thoma, ſubſtantialis Chriſtianae uita ac Re-  
 ligionis perfectio conſiſtit) producit multitudinem actuum & Exercitiorum  
 uirtuoſorum, quibus ipſa Religio, quaſi a Regina ſeſcens a dextris aſternit  
 eſt mirifice exornata, & omnis gloria eius interior apparet in ſimbrijs aureis  
 terius circumamicta uarietatibus, cum tanta Regularum, Conſtitutionum  
 Ceremoniarum, Veſtimentorum, Exercitiorum ac Miniſteriorum uarietate  
 te: ut qui haec omnia perpendat, magis obſtupescat, quam b. Regina Salomon  
 cum uidit ordinem rerum & ſeruatorum in domo Regis Salomonis.

q Thren. 3.  
 24.  
 Galat. 2.  
 10.

7 colum-  
 nae ſunt  
 multitudo  
 particul-  
 arium reli-  
 gionum.

I.  
 Non eſt  
 poſſibile  
 omnes eaſde  
 uias tenere

1. q. 184.  
 1. 1.

1. Pf. 44. 10.

1. b. 3. Re. 10. 5.



Ex altera etiam parte, per hanc veritatem prospicit sapientia diuina ea, quæ ad ipsorummet hominum bonum expediunt, quorum cum sint varia ingenia, & naturales propensiones, ac vires inæquales: alij amant solitudinem; alij cupiunt inter plures habitare; alij propendunt ad contemplatiuam MARIE vitam; alij ad actiuam Marthæ; alij adhibent magnum in penitentij seueritatem; alij in eisdem sumendis sunt molliores. Vt autem omnes perfectionem Religiosam obtinere possent, constituit Religionum varietatem, vt essent propensionibus, ac facultatibus; & viribus omnium fidelium accommodatæ. Ad hæc ex temporum varietate oriuntur in Ecclesia varie necessitates, alix spirituales; alix temporales nunc ob hæreticorum persecutiones, nunc ob ignauiam & incuriam Catholicorum ad quas necessitates reparandas diuina sapientia recentes erigit Religiones, cum accommodatis Institutis ad subueniendum Ecclesiæ in his angustijs ac pressuris. Denique tanta est humana miseria: vt eadem Religiones, quæ magno seruore in vitijs ad perfectionem contendebant, sensim tepescant, & in spiritu inueterascant, quibus interdum euenit, quod in illa Nabuchodonosoris cisterna fuit delineatum, cuius caput quidem erat ex auro optimo, pedibus autem & brachia de argento, venter & femora ex ære, tibia ferrea, pedum quadam pars erat ferrea, quadam autem filis. Ita in Religionibus sæpè descenditur per suos gradus a seruore perfectæ charitatis vsq; ad tepiditatem vite terrenæ. Quæ obtem diuina prouidentia nunc excitat viros Apostolicos; qui eas reformat, & rebus aliquibus recentibus additis, in pristinum seruorem restituant: nunc nouas erigit Religiones, quæ nouo seruore suum cursum auspicentur. Et cum omnia noua placeant, adferantque admirationem; plures homines illæ ad se trahunt, qui sequantur perfectionem, quam DEVS noster in domo sua statuerat renouare. Quæ omnia clariùs intelligentur ex particulari horum Institutorum varietatis declaratione.

§. I.

QVAMVIS septem columnarum numerus ( vt ait S. Gregorius ) non significet multitudinem determinatam, sed perfectionem in ea, hoc est, necessariam multitudinem ad domus Dei conseruationem: licet nihilominus Religionum varietatem ad septem ordines reducere: eò quod septem sint præcipui fines, ad quos illæ, varijs actionibus & operibus triplicis vite, Contemplatiuæ, Actiuæ, & ex vtraque Compositæ tendunt. aliquæ enim magis eminent in operibus amoris & cultus Dei; alix in operibus penitentix & abnegationis sui ipsorum; alix in operibus misericordix erga proximos.

PRIMVS Ordo est Anachoretarum siue Eremitarum, qui tanquam finem sui Instituti, respiciunt contemplationem, secedentes ad loca secreta

12  
Sapientia diuina prospicit quæ ad hominum bonum pertinent.

3.  
Religiones eriguntur vt succurratur ecclesiæ necessitatibus

4  
c Dan. 2. 31.

Omnia noua placeant.

Li. 17. mor. cap. 17.

Ex Cassian. col. 14. c. 4. D. Thom. 2. 2 q. 188.

Ordo primus Religiosorum est eremitarum.





& fugientes hominum consortia: vt orare, & liberius cum Deo suo  
 possint. In qua re imitantur secessionem Eliæ & S. Ioanis Baptiste; imitatio  
 ipsius Sapientie incarnatae, quæ statim post Baptismum secessit a in deserto  
 per spatium *quadragesima dierum* exercens vitam contemplatiuam: quæ  
 postea sequuti sunt, qui huiusmodi vitæ fuerunt columna, sancti scilicet  
 Paulus, Antonius, Hilarion, Macarius, Simeon, & alij multi quorum; alij  
 in sepulchris sese abdebant; alij stabat super columnas; alij in montibus  
 alij in speluncis desertis habitabant. quam viuendi rationem Deus appro-  
 babat, magnisq; miraculis & singularibus fauoribus ita commendabat  
 eis tanquam illicitis permoti multi eos imitarentur. Ex quo factum est  
 in Aegypto, Syriaque deserta magna huiusmodi Religiosorum multitudo  
 conderentur. Et ita quodammodo implebatur quod dixit Iaias: *b Isai. 35. 2.*  
*deserta & inuisa, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium.* Germinant  
 enim infinitam Virginum & continentium multitudinem habitantem  
 in desertis, contemplantium *gloriam Domini, & decorem Dei nostri.* Sed  
 cum hæc solitudinis ratio successu temporum euaderet periculosa: quæ  
 quamuis ibi esset tuta Castitas, & contemplatio magis quieta: at (vt quædam  
 S. Abbas bene expertus dixit) votum Paupertatis aliquid de suo splendore  
 amittebat, ob curam & sollicitudinem ciborum vestium, & reliquarum  
 rerum, quæ erant ad vitam ducendam necessaria; & ipsum votum Obedi-  
 entie, quod est inter reliqua præcipuum, non habebat, occasionem, quæ  
 excerneretur; sed potius erat occasio, vt proprium Iudicium propriaque valen-  
 tia prævalerent, cum magno periculo in superbie abyssum incidendi.

2.  
 QUARE diuina Sapientia secundum Religionis ordinem constituit Monachorum  
 scilicet Cœnobaritum, qui in cõmunitate sub vnus Prælati obedientia  
 viuerent; cuius finis (vt refert ipse Cass.) erat propria voluntatem moderari  
 ficare, nimiamq; sui ipsorum sollicitudinem depõnere: disponentes se ad ob-  
 templationem per continua exercitia obedientie, ac fiducia de guberna-  
 tione & prouidentia Dei per ipsos Prælatos, ad imitationem ipsius met  
 mini; qui cum esse æterni Patris Sapientia, c subieci tamen se se hominum  
 d descenditq; de celo, non vt faceret voluntatem suam sed eius, qui miserat eum.  
 Hic ordo habet in se, quod bonum est Anachoretarum: Contemplationem  
 scilicet tanquam finem, absq; eo, quod erat apud illos periculosum: hic enim  
 habet magna subsidia ex Societate aliorum Religiosorum eiusdem Probat  
 sionis; & ex directione Superiorum: quare tanquam magis tutum eum f  
 dauit & constituit in Oriente S. Basilius: reducens (vt ait de eo S. Gregorius  
 Nazianzenus) Monachos per deserta separatos ad cœnobia, præscribens  
 eis Regulas & constitutiones finis & votis ipsorum ac accommodatas. In Occ  
 cidende autem eundem ordinem instituit S. Benedictus; ex cuius præceptis  
 e multo

a Matt. 4. 1.  
 Christus  
 vitam ere-  
 miticam  
 exercuit  
 per 40 dies

b Isai. 35. 2.

Apud Cass.  
 coll. 16. 5. 3.

Supra e. 8.  
 Ordo reli-  
 gionis se-  
 cundus  
 cœnobarita-  
 rum.

e Luc. 1. 3.  
 d Jon. 6. 38.  
 huius Or-  
 dinis velut  
 finis est  
 contem-  
 platio.  
 Oratio in  
 laudem S.  
 Basilij.



multæ alię Religiones, quas Monasticas vocam<sup>9</sup>. prodierunt: inter quas valde præluet Religio Carthufianorū, cuius S. Bruno fuit fundator: eò q̄ habeat plus de solitudine, & minus de conuerfatione, etiam inter ipfos Religiofos.

Hic affinis est tertius Ordo: cuius finis est propria perfectio; ita vt ex iplo Instituto nihil agant cum proximis. Perfectioni autem suæ varijs vijs attendunt, nam aliqui excellunt in exercitijs diuini cultus, orationis vocalis honorantes Deum canticis & choris prolixioribus; celebrantes magna sollemnitate officia diuina, implentes ea ratione quod valde proprium est domus Dei, vt sit e *Domus Orationis*. Alij excellunt in seueris exercitijs penitentiarū & asperitatum externarum, induentes se pannis crassis & cilicijs, & nudis pedibus incedentes, abstinentes à carnibus, imò etiam aliqui à lacticijs; & alias laudabiles suscipientes mortificationes, vt carnem suam spiritui subijciant, *f. semper mortificationem Iesu in corpore suo circumferentes; & g. stigmata Domini Iesu*, (vt ait Apostolus) *in corpore suo portantes*, vt eum imitentur.

QUARTVS Ordo est Religionum habentium finem proprium opera misericordię corporalia in bonum proximorum, siue gerendo curam infirmorum in Xenodochijs, siue peregrinos hospicio excipiendo; captiuos redimendo; aut laborando in quærendis elemosynis pro indigentibus; aut varia Marthæ officia exercendo in Bethania, quod interpretatur domus obedientiæ: eò quod in his omnibus operibus ab ea dirigantur; ministrantes sicut Martha corporaliter ipsi Christo in eius pauperibus, eorumque necessitatibus subueniendo: quæ necessitates motiua quædam fuerunt, vt viri aliqui sanctitalium Religionum professionem inuenirent ex inspiratione Sapientiæ diuinæ, quæ vniuersalis est omnium prospectrix.

Hic etiam ortus est quintus Ordo Religionum, quas Militares appellamus, quarum finis est armis Ecclesiam à visibilibus eius hostibus propugnare, vt in pace, & absque aliquo impedimento attendere possit ad res spirituales; & subsidio esse Christianis oppressis ab infidelibus: eò quod hoc sit opus misericordiæ valde placens Deo, qui dixit: *h. eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris; liberate*. Neque parua censenda est charitas, quam hic & proximè præcedens ordo proficitur: siquidem tales Religiosi vitam propriam offerunt pro vniuersali Ecclesiæ bono, aut pro seruitio alicuius infirmi peste infecti, aut pro redemptione in captiuitate detenti, exponentes etiam periculo propriam libertatem: vt alij eam recipiant, & non pereant.

SEXTVS Ordo est Religionum profitentium vitam mistam, contemplatiuam scilicet & actiuam in suis optimis operibus; qualia sunt misericordiæ spiritualia in bonum animarum, confessiones excipiendo, conciliando, docendo, & consiliū præbendo. Quam ob causam occupantur & ipsi in studijs scientiarum humanarum ac diuinarū: quæ ad huiusmodi ministeria

Author ordinis in occidente S. Benedictus.

3. Tertij ordinis finis est propria perfectio. c. lsa. 56. 7.

f. 2. Co. 4. 10 g. Gal. 6. 19.

4. Quarti ordinis finis sunt opera misericordiæ corporalia.

5. S. Thom. 2. 2. q. 188. a. 3. Quintus ordo militarium. h. Psal. 81. 4.

6. Ordo profitentium vitam mistam.



præstanda sunt necessaria: dāt tamen suum tempus orationi, & contemplationi, ut hauriant quod alios doceant, ad imitationē Saluatoris, qui vitam suam annis nocte vacabat orationi, die verò prædicationi ad communitatem proximorum. Et quoniam hic finis excelsior est; eò quoddam amplectatur utrumque; actum charitatis, amoris scilicet Dei, & proximi circa bonam vitam quæ præstant corporis bonis: id eò hoc Institutum, ex hac parte (vult Thom.) est cæteris præstantius: quod profitentur multæ Religiones mendicantes, spiritualibus hisce armis assistentes Ecclesiæ: ut eam ab hæreticis tueantur, & conferuent; Catholicorum verò spiritum ad maiorem pietatem estimulent. Quam ob rem, cum Ecclesia esset in huiusmodi angustiis, citavit D. N. insignes duas Religiones Mendicantes; sub sanctis Dominico & Francisco: quemadmodum ipse reuelavit summo Pontifici, qui tunc Ecclesiæ præsidebat, ostendens dormienti, Ecclesiam S. Ioannis Lateranensem minari ruinam, quam duo illi Sancti humeris appositis sustinebant. Quod merito & illi, & ipsorum Religionis dicuntur Ecclesiæ columnæ; & eas sexta, quæ sustentat domum & statum Religiosum.

EIDEM est valde similis *septimus* Ordo Religionum, quæ dicuntur *regulariales*, Religiosorum scilicet Clericorum, eundem habentes finem, quæ proximè præcedentes non solum perfectioni propriæ attendentes, sed etiam perfectioni proximorum: adiuuantes suis ministeriis Prælatos & Episcopos in rebus aliquibus, officiorum eorum propriis. & hic ordo funditus in Ecclesia institutus ab ipsismet Apostolis, quemadmodum attestat Pius IV. Pontifex in Bulla quadam Canoniorum Regularium, quam fert Nauarrus. Nā in ipsis Ecclesiæ initijs oēs Clerici obstringebant se voti Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ: nihil proprii habentes, sed ex bonæ cōmunitatis, in qua degebāt, se sustentantes. Sed, cū sensim feruor ille, ac veritas in teperceret, S. Aug. eū in sua Diocesi reuocauit; custodiēs, ut ipsi hanc Clericalis status perfectionē; & omnibus suis viribus alios exhortaret, ut imitarentur. Ex quo disciplina illa ad alias etiam multas Dioceses transiit, & nunc etiam durat in multis Cathedralibus Christianitatis Ecclesiis.

SED nostris hisce temporibus voluit Sapiencia diuina septimæ huiusmodi columnæ addere, tanquam eius partem, Societatem Iesv; quam Tridentinum Concilium Religionem appellat Clericorum. Videns enim, quam grauiter premeretur Ecclesia propter hæreses, quæ in Regionibus septentrionalibus recens erant exortæ; & propter Catholicorum relaxationem & frigiditatem circa vltimum Sacramentorum, & bonam filiorum educationem, in ipsa Patri nostro S. Ignatio foundationem suæ Religionis, & ministeria, quibus opus erat ad tot necessitates reparandas, & ut speciali voto sese obligaret, obediendum Pontifici, ut irent ad loca hæreticorum, & gentilitium, ut

129. 188.  
n. 6.  
Huius ordinis institutum cæteris præstantius est

7.  
Ordo religiosorum clericorum  
Vide Platū lib. 2. de bono, stat. rel. c. 23

In c. statum, 10. q. 3. n. 6. & 8.

Sess. 25. c. Decreto de Regul. c. 16.



holicam fidem vel defenderent ab hæreticis, vel plantarent inter gentiles: suisque concionibus & exhortationibus homines permouerent, ad exercitia orationis & frequentiam Sacramentorum, Cõfessionis, & Cõmunionis magna cura illa administrando; & præferea doctrinam Christianam pueros & etadem plebem docendõ; & in omni bonorum morum genere eos instruendo: instituit quoque scholas, vt docerent iuuentutem legere, & scribere, litteras humaniores, & scientias naturales, sacramque Theologiam; diligentem dando operam, vt simul cum litteris virtutes imbiberent. Quæ ministeria aded sunt Religioforum propria, vt Iosephus Iudæus loquens de E-dessenis (siue illi essent Religiosi suæ legis, siue qui ad Christianismum conuerterebantur, vt supra est dictum) dicas: quod cum illi castitatem seruarent, nec proprias haberent proles: suscipiebant alienas in ætate tenera, vt eas docerent, suosq; pios mores illis instillarent. Quod si Religiones Monasticæ; quæ à communi consortio magis sunt separata; hoc munus exercuerunt, vt constat ex S. Basilio, & S. Benedicto: quantò aptius id præstare poterunt Clerici? ideoque vtrisque præscripsit sexta Synodus, vt Presbyteri & Monachi in suis Monasterijs & Ecclesijs scholas haberent, in quibus fidelium liberi benè instituerentur.

CAPVT IV.

EXCELLENTIÆ SEPTEM HORVM ORDINVM Religioforum, & eorum firmitas in persecutionibus.



EST illa status Religiosi columnæ in proximo capite posita, tanta varietate exercitorum & maiorum sunt expolita; & tot scientiarum ac virtutum splendore & elegantia exornata, vt facillè prodant infinitam artificis, qui eas ad gloriam suam expoliuit, sapientiam. Primum enim, quemadmodum Ecclesia ipsa Catholica in omnibus statibus iustorum, quos habet, innititur septem columnis septem virtutum, quas Cardinales & Theologicas appellamus, Fidei scilicet, Spei, & Charitati; Prudentiæ, Iustitiæ, Fortitudini, ac Temperantiæ, cum septem Sancti Spiritus donis, quæ illas adiuuant, & in earum actionibus extollunt, ad conseruationem & perfectionem iustorum. Ita etiam Dominus noster fundauit domum Religionis cū omnibus suis Ordinibus & Institutis supra septem speciales virtutes, quæ actionibus suis valdè perfectis, columnarum instar, eam sustentant: Castitatē scilicet perpetuam, Paupertatem voluntariam, Obedientiam & Subiectionem proprijs suis Prælati; & Religionem siue deuotionem, ex qua vota procedunt, quibus illas confirmat; Charitatem fraternam cum multorum conuictione & vniõne in eadem vitæ ratione; fugam sæculi, qua Pa-

Lib. 2. de bell. Iud. c. 7

Regul. 192. fusi c. 4. § 5.

Mirabilis Dei sapientia in ordinum fundatione.

Virtutes septem religionis.



ter, mater, fratres, & consanguinei relinquuntur; & quicquid ad leges, & saecularium hominum, & huius mundi pertinet; imitationem denique Christi Domini, in bona & recta intentione, spiritu, feruore, & modo, quo ille haec omnia fecit, accipiendo illum tanquam harum omnium virtutum causam.

a Phil. 2. 15.

Quae omnes virtutes excolitae etiam sunt admiranda exercitiorum virtutum earum propriorum varietate, ut suis locis dicemus. Per easdem a lucem in prem status & ordines Religionum, sicut luminaria in mundo, in malitia & tenebris praeva & peruerse huius mundi, & tanquam stellae firmamenti in nobis huius saeculi. Nam b diuina sapientiae deliciae sunt, esse, & habitare cum huiusmodi filiis hominum, quae praclarum admodum virtutum eorum aspectu admodum delectat.

b Prov. 8. 31.

2.

c po. 1. 11. 16.

hi ordines sunt velut candelabra d Marc. 4. 2.

Quam ob rem merito dicere licebit, septem hos Ordines esse in septem candelabrorum aureorum, in quorum medio S. Iohannes vidit Iesum Christum D. N. habentem in dextera sua septem stellas: qui cum vult suos electos tanquam faces splendere & ardere in Ecclesia, singulari sua doctrina, & exemplari vita: d non ponit eos sub modio: e vel sub lecto, non sub oneribus grauissimis matrimonij, nec sub molestis fortunarum curis: sed supra vitas horum candelabrorum aureorum, euehes eos ad statum excelsae perfectionis, fundatum in accessu Dei, & proximi amore. Cuius signum est, quod praeter gloriosos Martyres, maxima Sanctorum pars, quos Ecclesia canonizauit, & ordinariè canonizat, arserunt & praeluxerunt in his candelabris, ex quo ad tantam sanctitatem peruenerunt, ut Ecclesia ipsa nobis illos proponat tanquam exemplaria virtutum, & aduocatos atque adiutores ad eam consequendam.

3.

f Baruc. 3. 34. fundatores horum ordinum stellis assimilantur

Idem sunt stellae in manu dextera ipsius Christi. Fundatores, n. sacrorum Religionum; ac caeteri, qui in custodia & obseruatione suorum Institutum continent, splendunt tanquam stellae cum insignibus illis proprietatibus, quas Spiritus S. per Baruch Prophet. de eis indicat: f Stella, inquit, dederunt luminaria custodis suis, & letatae sunt, vocatae sunt. & dixerunt adsumus: & luxerunt in concunditate, qui fecit illas. Hi. n. Sancti Religiosi lucet in suis stationibus, custodientes singuli Institutum & locum, in quo Deus eos collocauit, tanquam strenuos milites, paratos vitam potius amittere, quam stationem suam delectum suumque officium constanter, ac firmiter praestantes: nam ad Deo audiant, quod ipse cuidam Episcopo dixit in Apoc. g mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi in obsequium meum feceris quod debes. Quare magno sibi ducunt honorem, si sint valde prompti ad obediendum Deo: quia sunt stellae quae vocatae dicuntur adsumus, paratae se ad obtemperandum tuis iussis atque; mora aut repugnantia tuaque officia praestanda non cum taedio, aut tristitia sed cum letitia & gaudio lucentes ei, qui fecit illas, ad gloriam scilicet eius, qui illas creauit, vocatae sunt in eo statu collocauit. Nam, ut supra dicebamus: non sibi, sed Deo & S. Iohanni suo viuunt: qui honorem ab eis accipit iuxta illud Eccles. h. h. species siue personae

g Apoc. 2. 3.

h Ec. 43. 10.



Chritudo caeli gloria stellarum, per quas mundum illuminat in excelsis Dominus. In verbis Sancti stabunt, parati ac acceptandū & sequendū eius iudiciū, & dictamē; & nō deficient in vigiliis suis. Sēper. n. sunt i braciūli & vigilātes, expectātes Dominū suū, parati facere ad nutum, q̄ ipse praescripserit; non dormitantes, nec deficientes in suis vigilijs, quibus potius recreātur. Vnde aut tantum bonum his stētilis; nisi q̄ k *Christus Dominus illas habeat in dextera sua*, eas adiuuans ac dirigens in omnibus, quæ faciunt, & prosperum ac felicē præbēs exitū in omnibus, quæ aggrediuntur prospiciens eis tanquā rebus proprijs?

Hoc aut insinuauit S. Ioan. cum dixit, Christum D. N. esse *in medio septē candelabrorum aureorum*, propter assistentiam scilicet, qua conseruat auget q̄ Religiones, iuxta illud quod ipsemet dixit: *in vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum* & quod promisit populo suo dicens: *in pnam tabernaculum meum in medio vestri. Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vobisq̄ eritis populus meus*. Sed quid mirum, quod Dominus habitet in eis? cum dictum sit, ipsam diuinam Sapientiam ædificasse Sibi hanc domum, in qua habitaret. Vt quemadmodum homo ambulat per suam domū, & attendit, curamq̄ gerit eorū, quæ in ea habet: ita Sapientia diuina prospicit domui suæ Religionis & attendit ad oēs septem columnas eius: quas, vt supremus ac peritissimus artifex, semper magis ac magis polit ac perficit: eò quod non simal ac semel omnem ornatum & perfectionem, quam habent, accipiant.

Et hoc indicat verbū illud *Excitatio*, quod significat secare, polire, & sculpete *o lapidem*, lignum aut aliud quoduis metallū aut ductile. Non dicit tamen hic Scriptura: sicut alias, an hæ columnæ essent lapideæ, aut argenteæ, aut æreæ, aut cedrinæ: vt intelligatur, diuinam Sapientiam gratia suæ cælestis vocationis eligere omne genus hominum ad hunc statum, excindendo illos ex huiusmodi fodina, & læculi huius syluæ; ac mineris miseræ huius terræ, vt columnas erigat Religionis, quamuis harum columnarum materia non tanti fiat, atq̄ ipsa figura, & elaboratum earum artificium: quemadmodum in rebus artificialibus imago eleganter depicta, aut in tabula, aut in lapide sculpta pluri omnino sit, quā imago est, quā quæ minus benè est depicta etiam si in auro & argento. Quare diuina Sapientia magnam attentionem & operam ponit in his columnis elaborandis: nam malleo & Zelo mortificationis eas perpolit, auferens omnem excessum & nimietatem, tam cerum terrenarum, quas possident; quā affectionum & propensionum ad eas: donec in ipsorum cordibus Impressa omnino & expressa sit imago Evangelicæ perfectionis, & figura Christi crucifixi, qui exemplar est omnium huiusmodi ornamentorum: quem Pater eius æternus *p lapidem* appellauit, *super quem sunt septem oculi*, cuius sculpturam ipsemet vellet calare: multa in eo faciens foramina, flagellis, spinis, & clauis; vt ad ea tanquam ad

nidos

i Luc. 12. 16.

k Apoc. 1-16  
Religiosos  
Christus  
tenet dex.  
tera sua.

4.  
1 Ver. 12.  
m Mat. 18.  
20.  
n Lep. 26. 11  
2. Corins. 6.  
16.

Diuina sapientia columnas domus huius semper magis polit,  
o Exo. 34. 4

Hæ columnæ malleo mortificationis poluntur.  
p Zach. 3. 9.  
LXX fodio foueam.  
Hebraicæ: a persiam a-  
perionem eius  
Vide Rib. in eum locū



nidos suos electi se recipiant: vt qui pueri sint, & quasi columbæ simplices.  
 SUPER hunc lapidem sunt septem oculi, qui etiam dicuntur q̄ septem oculos, qui sunt septem spiritus Dei, nisi in omnem terram. Qui autem sunt hi oculi: nisi quos stellas septem appellamus? oculi sunt: id quod habeant magis sanctitatis celsitudinem lucem magnam, & in doctrina splendorem; magis coniunctionem & inter se ipsos conformitatem; & sunt Spiritus, & Angeli quos in vita imitantur: & mittuntur à Deo in vniuersam terram, vt in mysterijs foueant eos, qui in ea habitant. Hi oculi collocantur super lapidem qui est Christus: quia illi innixi, firmitatem & fortitudinem à Deo accipiunt ne acceptum ab eo splendorem amittant. O fortunata domus: cuius columnæ aded sunt elegantes, pulchreque elaboratæ: cuius candelabra aded sunt preciosa: cuius habitatores, stellæ sunt aded splendentes! in quarum numero ipsemet Saluator existit, manu eos sustentans, suaque gubernatione dirigens eorumque operâ vtens, quasi oculis ad multos alios dirigendos & gubernandos.

§. 2.

**E**X DICTIS intelligitur firmitas, ac stabilitas status Religiosi, cum tutorum eius varietate: propterea enim appellantur columnæ, & septem: vt significetur earum firmitas, & robur ad sanctæ huius domus structuram sustentandam, accedente Sapientia diuina ad eas corroborandas, eum in modum, quo de ipsa terra dixit: *Ego confirmaui columnas eius tanta firmitate, vt nullus possit eas deicere.* Ego habeo, in manu septem stellas, *b quas, contra firmum meum decretum, non poterit quis rapiere de manu mea.* Ego posui septem oculos supra firmam petram: quis aded potens erit, vt illos ab ea abstrahere possit? Nam quemadmodum Ecclesia fundata est supra firmam petram, quæ est Christus; & potius inferi non præualebunt aduersus eam: ita, quamdiu Ecclesia durauerit, perdurabit status Religiosus. Est enim fundatus super eandem petram, scilicet Christum: qui basis est columnarum eius, Ipse Saluator est superius, imò ipsa Sapientia: qui prudens in cœ domum Religionis desuper raras pluias, ventura flumina, & siaturos ventos, noluit illam adificare super arenam, sed supra firmam petram: ne, aded grauiter appetita, & impugneret. Quis enumerare poterit pugnas & conflictus, quibus sancta huius domus patet? non dico hic quos particulares Religiosi sustinent, de quibus suo loco dicetur; sed quos ipsemet status, eiusque columnæ sustinent. Tria militum agmina Dæmones habent, quibus domum hanc persequuntur. Vnum est hæreticorum; qui, quod apostatauerint ab Ecclesia, in eo fuerunt regenerati, seque contra eam opposuerunt: ideo multi illorum iustis Dei iudicijs in pœnam suæ superbæ ed deuenerunt, vt Religionem desererent, quam fuerant professi; & tanquam homines verè carnis

§. 1.  
q Apoc. 3. 6

a Psal. 74. 4

b Isa. 10. 28

Quamdiu Ecclesia stabit religio stabit. c Matt. 7. 25

Maximæ religionis tentationes sunt in tribus agminibus.

I. Hæreticorum.



improbant & condemnant votum Castitatis; tanquam auari & cupidi detestantur votum paupertatis; & tanquam suę voluntatis amantes, eique subiecti, horrent votum Obedientię; audentque sacrilegum os in omnia perfectionis statuta mouere. Huic agmini adiunxit Dæmon alterum, Principum Tyrannorum: qui hunc statum sunt persecuti; alij quidem hæresi adherentes, cui Religiosi strenuè se opponebant; alij rationibus politicis suę gubernationis innitentes; & iudicantes, per Religiones imminui aut sæcularè militiæ, aut Reipublicæ suę propagationem. His accesserunt alij, qui prætextu Eruditionis, persecuti sunt Religiones mendicantes calumnijs, & falsis, aut apparentibus tantum rationibus, vt ipsas Religiones in suis inijtjs quodammodo suffocarent. Nisi S. Thomas, & S. Bonauentura ad eas propugnandas prodijissent. Sed tertium agmen non minus infestum & crudele exurgere solet à filijs ipsiusmet Religionis, tentatis ac turbatis propterea quod non possint superbiorum suorum votorum compotes fieri: ideoque conuertunt se contra matrem suam; & quæ in ea piè sunt constituta, alterate & transgredi constituunt: ideoque improba sua vita eam persequuntur. de quibus intelligitur quod dixit sponsa: *d filii matris meæ pugnaverunt contra me.* Benè autem illos appellat filios matris suæ, & non patris: tales enim sunt quasi semifratres, eò quod sint filij ipsius Religionis propter professionem & vota in ea edita; non tamen sunt filij Patris cœlestis, & Iesu Christi Saluatoris, cuius vestem lacerant schismate & diuisione, quam in Religione efficiunt.

Sed omnes hæc persecutiones non valebunt domum diuinæ Sapientiæ deijcere, aut columnas eius infringere. Cùm enim suã omnipotentiã eam edificauerit: eadem illa conseruabit ac defendet, sicut ipsam Ecclesiam eodem modo oppugnatam tuetur ac protegit: ex ipsismet persecutionibus occasionem accipiens ad eam augendam & propagandam; & illustrandam, vt magis innotescat, plurisque ab hominibus fiat. Quare licebit Religioni applicare; quod S. Ambrosius dixit de Ecclesia, explicans sententiam illam Salomonis: *difficile mihi est cognoscere viã nauis in medio mari.* Quæ (ait) hæc est nauis, nisi ipsa Ecclesia (talis autem est etiam ipsa nauicula Religionis) quæ, quamuis frequentissimè oppugnetur à fluctibus & tempestatibus: nunquam tamen naufragium faciet, aut ad portum aduersam appellet. Nam super ipsum malum stat ipse Christus; in puppi residet Pater; Spiritus autem sanctus in prora: qui autem eam dirigunt, tanquam Magistri & gubernatores, sunt Apostoli & Prophetæ. cùm igitur hæc nauis attentè ad eò & exactè gubernetur: impossibile est, eam perire. Cum *fnauicula*, in qua erant Apostoli, *operiretur fluctibus*, vt pene mergeretur, quia ipse dormierat: excitatus ab eis solo verbo imperauit ventis & mari; & facta est tranquillitas magna;

Votorum impiorum improbatio.

d Cant. 1: 6

Lib. de Salomon. c. 4. c. Pro. 30. 17. Ecclesia assimulatur nauis. Gubernatio Ecclesie. Mat. 8. 14





Cum Deus affligat Religionem.

g Gen. 7. 17  
Lib. 18. de  
Genit. c. 51.

h Rom 8. 28  
Religio in-  
defectibili.

Societas  
Iesu.

i Deut. 32. 4  
k Philip. 1. 6.

l Psa 44. 16

m Act. 1. 26.  
n Job. 34. 24

Plantat lib. 1  
cap. 3.  
Deus vocat  
homines  
ad pœnitentiam.

cum tanta eorum, qui viderant, admiratione; vt dicerent: *quales est hic venti & mare obediunt ei?* cum igitur idem ipse Dominus maneat in nam Religionis, quam tanquam gubernator ac Dominus eas gubernat: omni procul dubio etiam conseruabit eam ac p̄teget. Quod si quado permiserit, vt ros & mare huius mundi commoueri, & exurgeret contra eam, id faciet, vt fluctus illi eam sicut *garcam Noë eleuent in sublime a terra*. hoc est, ad summam perfectionem, quam eius Institutum requirit. Nam (vt sanctus Augustinus ait) si corporales calamitates eam affligunt, eius patientiam exercent & augent; si erroribus & falsitatibus: exercent & exacuunt eius sapientiam; si odijs & rancoribus: exercent, & augent eius charitatem, vt extendat illam diligendos inimicos, à quibus ipsa odio habetur. Et hac ratione magnas ipsi persecutionibus haurit utilitates: nam *h diligentibus Deum omnia conseruantur in bonum* animarum suarum.

Hoc esse debet præcipuum fulcrum fiducia Religiosorum, quod in eorum Status deficiet, nec ipsæ columnæ eum sustinentes. Ita sententia noster Pater sanctus Ignatius, qui Proœmium Constitutionum inchoauit: *summa Sapientia, & bonitas Dei Creatoris nostri ac Domini, quæ conseruatura est, gubernatura atque promotura in suo sancto sacramento* hanc minimam Societatem *I E S V*, vt eam dignata est inchoare, atque si dixisset: *dei perfecta sunt opera*; & vt Apostolus dixit: *k qui cepit operari in nobis, idem illud perficit*. Cum igitur infinita eius Sapientia & bonitas ad edificium hoc erexerit, idem perget, illud conseruare: quod si morte aliquo deficiant, qui eius erant columnæ: ipse tempore eligeret alios similes, iuxta illud Dauidis de Ecclesia dicentis: *l pro patribus tuis nati sunt tibi filii: qui constitues principes super omnem terram*. Nam loco primorum fundatorum succedunt eis alij eiusdem Spiritus, qui promouent quod illi ceperunt. Quod si qui lapides huius ædificij culpâ suâ decident: aprabit Deus alios, qui eorum locum impleant. Nam & si ex Collegio Apostolico lothadas Apostatauit; non defuit vnus *m Mathias* qui eius locum impleat, & *annumeraretur cum vndecim*, & quamuis *n multi & innumerabiles* deficiant, & à Deo conterantur, vt legitur in Job, *si forte faciet alios pro te* quemadmodum enim ipse eos vocauit, qui ipsum deseruerunt; ita potest alios vocare, qui perseuerent: quemadmodum ipse Dominus noster sancto Francisco dolenti, & lugenti ob disciplinæ relaxationem, quæ fecerat in aliquos eius Religiosos intrabat, dixit: *ne turberis, inquit, neque angaris, quod aliquis deserat Religionem, aut scandalo alijs in ea fecerit*. Nam, quis, nisi ego, illam plantauit? quis alius, quàm ego homines vocat ad pœnitentiam? & postquam vocati sunt, quis dat eis perseuerantiam? ego eos adduxi, ego eos detinebo & custodiam; & si aliqui abierint,



tunt, alios ego in eorum locum adducam. Et quemadmodum sanctus Gregorius dixit, omnia coquerentur in bonum electorum: nam aliquorum ruina reprimat superbiorum arrogantiam; ut sese humilient, nec decident ex loco suo, quem tenent; & vocatio aliorum, fouet humilium confidentiam: ne videntes tot cadere, & ipsi animum deiciant, & cadant, qui vident, Deum ruinas illas multis alijs vocatis reparare. Denique quamuis in ipsa Religione multi sint mali; & qui boni sunt, impingant interdum in aliqua peccata: non tamen propterea Status ipse deficiet; aut ipsa domus ruit, quam Sapientia diuina ædificauit. Nam improbi malitia, ipsi soli nocent, non autem communitati resistenti, & improbanti: aut Deus illum conuertet, ut redeat ad vitam, quam Deus Status exigit: iuxta promissionem ipsius Dauidi factam, quæ dixit: *o si filius tuus iniquè aliquid gesserit, arguam eum: misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul quem amoni a facie mea. Et fidelis erit domus tua; & regnum tuum usque in æternum perdurabit.* Eundem in modum licet intelligere, similem promissionem fundatoribus Religionum factam, quod eorum domus & familia futura sit perpetua, si eorum filij Statuta earum seruare studuerint; & quamuis aliqui eorum peccent, eorum tamen peccatum non futurum sicut fuit Saulis, inobedientis, ac pertinacis, qui totam suam familiam destruxit & regnum amisit: sed erit sicut peccatum Salomonis, qui non destruxit familiam suam & regnum; aut sicut peccatum ipsius Dauidis, qui, facta penitentia, ab eo surrexit; & vniuersum damnatum, quod intulerat, reparauit. Et hoc est, quod prædixit Zacharias Propheta loquens de tempore legis gratia: *p in die illa (inquit) proteget Dominus habitatores Ierusalem, & erit, qui offenderit ex eis in die illa, quasi Dauid, & domus Dauid, quasi Dei, sicut Angelus Domini in conspectu eorum.* Quæ promissio, licet facta sit toti Ecclesie per Ierusalem ædificatæ: potest tamen etiam iure optimo præcipue eius parti, quæ est Religio, applicari, cuius habitatorum singularem Deus protectionem gerit, eos præseruans à lapsibus, & peccatis grauioribus. Sed quoniam humanæ fragilitatis est impingere & cadere aliquando, ostendit Deus suam protectionem, faciens ut illi surgant, sicut Dauid, per penitentiam: ait ut eius causa non faciat iacturam domus DEI. Quamobrem familia & domus Dauid, quæ Religionem refert, est quasi domus Dei. domus Regia, perpetua, excelsa, & sancta; dignaque, in qua Deus cum Religiosis habitet, qui quasi Angeli sunt, si cum reliquis fidelibus conferantur. Non negamus tamen euenire posse: ut quemadmodum familia Dauid progressu temporum amisit regnum, eò quod Regum peccata & populorum scelera adeò creuerunt, ut hac ratione puniri promeruerint & permiserit DEVS Dominus noster. captiuos

Lib. 25 Mos  
ra: cap.  
Ruina a  
riorum, su  
perborum  
humilita.

Malitia fa  
cienti nocet.

o 2. Reg. 10.  
14.  
Psal. 88 31.

p Zach. 12. 8



Negligentia extrahit religiones.

q. 17. 1. 7.  
1. Ose. 2. 15.

eos duci: ita etiam potest Prælatorum negligentia, & Religiosorum disciplina relaxatio in maiori familia parte ita excescere, vt Dominus extinguat, sicut Ecclesia sancta aliquas Religiones extinxit. At Sapientia diuina nouit loco earum alias erigere, quæ numerum impleant septem eius columnarum; & statum Religiosum cum varietate, quam diximus, conseruent. Quamuis rarissimè relaxatio ad tale extremum deueniat: nam vt plurimum Dominus noster excitat aliquos viros exemplares qui instar columnarum minantem ruinam domum sustineant; reformentq; illam Religionem ad primum suum feruorem reducant. In quo locum habet, quod dixit Osee Propheta de q. domo Israel, que est vinea Domini: dabo, inquit, ei vineam ex eodem loco, qui eam colant; & posam eam in valle Achor, hoc est, tribulationis & penitentia, ad aperendam siue concipiendam spem suæ reparationis, & canet ibi laudes meas, iuxta dies inuentus sua, & iuxta dies Ascensionis sue de terra Egypti, resumendo Religiosa sua Exercitia cum eo feruore quo in suis habuit initijs.

CAPVT V.

TRIBVS VOTIS, PAUPERATIS, CASTITATIS, & Obedientia, in quibus Religionis Essentia consistit, holocaustum Deo offerri.

Religio duplex.

2. 2. q. 186. a. 6. & 7.  
Tria vota essentialia religionis sunt.

Lib. 13. qq. 7. 26.



VONTIAM Status Religiosus vt vidimus, vnus est, & multi: vnus quo ad substantiam trium votorum: multi quo ad varios fines & media, quæ habet in diuersis Institutionibus: operæ precium erit, vt utraque hoc generatim explicare, vt ex vtroque appareat excellentia & perfectio propria huius status. Cuius Essentia (teste S. Thoma) consistit in votis Castitatis, Paupertatis, & Obedientia, tanquam in præcipuis instrumentis & medijs ascendendi ad Christianæ perfectionis celsitudinem consistentis in inflammato ac perfecto amore Dei super omnia. Quod præbatidem Doctor Angelicus tribus præclarissimis rationibus, innitens tribus illis rebus, quas Religiosi in Statu suo obtinere contendunt. Præsertim res est, velociter & absque impedimento currere in via, studioque perfectionis Euangelicæ: cuius magna impedimenta sunt Amor proprius, & inordinata rerum huius vitæ cupiditas: qua mortificata, expedita est viam ascendendi cum facilitate ad vulnens Sanctitatis: nam (vt sanctus Augustinus ait) cupiditatis imminutio est charitatis augmentum: cuius perfectio est ea



tere omni cupiditate : pari enim passu amor proprius debilitatur, & corroboratur diuinus : qui tunc perdetus erit, cum proprius omnino erit extinguitus. Ex hac praua radice oriuntur tria illa impedimenta, quæ S. Ioannes vocat, a *concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitæ*, & alijs nominibus eadem appellamus inordinatum amorem voluptatum sensuum, diuitiarum, & inanium honorum, ac propriæ libertatis : in quibus homines splendorem & amplitudinem suam collocant. Ex huiusmodi cupiditatibus retia texuntur, ac tenduntur laquei, quibus Sathanas irretit & illaqueat filios huius sæculi, ne Christum sequantur. Hæc inuitatos ad cenam illam magnam, venire impediuerunt, adferentes ea, vt se à veniendo ad conuiuium, excusarent; & qui inuitati fuerunt ad nuptias, vocationem suam contempserunt, vt eisdem impedimenti vacarent. Et multi non ingrediuntur Sapientie diuinæ domum, ed quod compedibus, suarumque cupiditatum catenis victi teneantur: quæ etiamsi aureæ, aut argenteæ sint; non minus premunt ac detinent, quàm si essent ferreæ: potius maius adferunt impedimentum ob delectationem maiorem, quam victo adferunt.

§. 1.

**H**ÆC TRIA impedimenta remouentur per tria Religionis vota: votum enim *Castitatis*, repellit & mortificat sensuum voluptates, & concupiscentias carnis; *Paupertatis*, mortificat cupiditatem diuitiarum, quas oculi sequuntur; ac proinde mortificat etiam sæculares pompas, diuitiarum socias & comites; *Obedientia*, abnegat ac dissoluit omnem inordinationem prauæ nostræ libertatis, eiusque proprii iudicij, & voluntatis: qui sunt capitales Charitatis & Perfectionis hostes: & sic certaminis cæpus manet expectatus, & via facilis ad eam procurandam & obtinendam. Et ita re ipsa locum habet in Religiosis, quod S. Paulus dixit, apparuisse gratiam Dei Saluatoris nostri, vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria, a *sobrietate, & iustitia, & pietate viuamus in hoc sæculo*. Primum enim faciunt per votum Castitatis, quod temperantiam & moderationem adfert circa res delectabiles, *Secundum* præstât per votum Paupertatis, quæ seruat Iustitiã, nulla alicui illata iniuria. *Tertium* faciunt per votum Obedientia, quæ pietatem Deo & Prælatis debitam seruat, in quibus omnibus virtutibus plus præstatur, quàm aliàs teneretur, quæ obrem licet etiam illis (vt statim subiicit Apostolus) *expectare beatam spem, & aduentum gloria magni Dei & Saluatoris nostri IESU Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem seclatorem bonorum operum*. Quis autem est hic populus, nisi Christianus, cuius pars est populus Religiosorum? populus per excellentiam acceptabilis Deo: cuius finis est, quæ optima sunt in bonis actionibus amplecti, vt amplius Deum eisdem honoret.

a 1. Ioa. 2. 16  
Retia quibus  
Dæmō  
homines  
illaqueat,

Efficacia  
votorum  
Religiosorum.

a Tit. 2. 12.



2.  
Religiosi  
saeculum  
fugiant.

b 1. Co. 7. 31

c Lu. 8. 15

d ca. 21. 34

e 1. Pet. 5. 7

3.  
Religio  
holocaustū  
dicitur.  
f 1. Rom. 9. 2

HINC secunda oritur ratio, ex eo, quod simul intendunt Religiosi, re scilicet saeculum, & anxiam solitudinem, quam illud secum adfert, quae turbat & inquietum reddit cor; & quasi vincitum tenet: ne vitia fugiat, familiaritati cum Deo, & virtutibus exercendis cum tranquillitate accedat. Saecularis hæc solitudo tribus rebus potissimum fouetur: quarum votorum vi & efficacitate facile remouentur. Votum enim Castitatis, anxiam expellit solitudinem, quam adfert status matrimonij, in gubernatione vxoris, filiorum & familia: quamobrem dixit Apostolus: *b volo vos solitudine esse, vir autem & vxor solliciti sunt, quomodo inuicem sibi placeant qui autem sine vxore sunt & castitatem custodiunt, ea tantum curant, quae ad Deum spectant, vt ei placeant.* Nimis etiam curæ, quas adfertur cum diuitiæ, earumque distributio, inquietum hominem reddunt, quod insinuauit ipse saluator, cum dixit: *e eam e solitudinem & diuitias esse, quae sementem Verbi Dei suffocant, ne fructum referat.* At votum Paupertatis, has spinas, ab ipsa radice euellit; purgatamque relinquit cordis terram aptam ad fructum copiosum ferendum, quem Deus inspirat: vt ita compleant, quod Dominus ipse exhortando dixit: *d Attendite vobis, ne forte uentur corda uestra in crapula & ebrietate, & curis huius uitæ; & superueniat in uos repentina dies illa Iudicij: tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sunt super faciem omnis terræ.* Sed maxime anxiam solitudo illa solet esse, quæ, quæque habet in gubernatione sui ipsius, Actionum, & exercitiorum suorum, ad res proprias constituendas homo plenus est ignorantis, ex proprijs passionibus ortis; ita vt vix medium attingat, quod adhibere in eis debeat. Religiosus omnem gubernationem sui ipsius tradit suis Prælati; confidens in Prælati Prouidentia, quod per eos sit ipsum gubernatura. Quare tribus prædictis votis explet & amplectitur S. Petri consilium, dicentis: *e omnem solitudinem uestram prouicite in Deum, quoniam ipsi cura est de vobis, recipienti in se omnem uestram solitudinem, & curas: eod quod vos, vt eidem cum maiori perturbatione seruiatis, sponte eas deponitis ac mortificatis.*

VENIAMVS nunc ad tertiam rationem valde præclaram & præcipuam, quæ eo fundatam, quod status Religiosus (vt idem S. Doctor ait) sit quoddam holocaustum, per quod aliquis totaliter se & sua offert Deo, de quo holocaustum dixit Salomon: *f diuinam sapientiam, cum domum sibi edificasset, & columnas septem excidisset: immolasse victimas suas, aut (vt habet textus Graecus) etiam suam.* Nam quæ admodum in antiqua Ecclesia templum extruxerunt, & erexit altare, in quo varia sacrificia & animalium holocausta offerrebat: ita in domo Religionis præstantissima sacrificia & holocausta tribus hinc votis ei offeruntur; iuxta Prophetiam Psalmistæ dicentis: *g Introibo in domum tuam,*



in ea reddam tibi vota mea: & holocausta medullata offeram tibi, cū incēso arietū:  
 offerā tibi bones cum hircis. Pro cuius explicatione obseruandum est: holocau-  
 stum fuisse excellentissimū sacrificium, quod in antiqua lege Deo offere-  
 batur; & ab omni (vt Philo ait) proprietate & cupiditate expeditum: eō  
 quod qui illud offerebat, exueret se omnino Dominio ac vsu eius, quod of-  
 ferebatur, ita vt nullam eius partem sibi retineret. hoc enim intererat inter  
 illud & reliqua communia sacrificia. Nam illa in duas tresue partes distri-  
 buebantur: vna dabatur Sacerdoti; altera offerenti; tertia igne consume-  
 batur ad honorem diuinæ maiestatis: holocaustum autem, totum & integrum  
 cremabatur, id enim significat nomen holocausti, totum scilicet combu-  
 stum. Hoc sacrificij genere, offerebantur Deo tria terrestrium animalium  
 genera, quorum meminit Dauid in hoc Psalmo: arietes, scilicet, vituli, siue  
 boues, & hirci: eo quod Aegyptij & gentiles magni hæc animalia facerent, &  
 tanquam Deos adorarent. In cuius execrandæ Idololatriæ detestationem  
 voluit Deus D. N. ea mactari, sibi que in holocaustum offerri, ad honorem  
 veræ suæ diuinitatis ac maiestatis. Ideoque Moyses dixit Pharaoni, filios  
 Israël non posse sacrificium offerre Deo in Aegypto, h nam si mactauerimus.  
 inquit, ea que colunt Aegyptii coram eis, lapidibus nos obruent. Hoc igitur quod  
 populus hebræus carnaliter faciebat, facit Christianus populus spiritualiter:  
 cum offert Deo (vt ait Sanctus Petrus) hostias spirituales, in quibus iugulat, &  
 sacrificat tria illa, quæ mundus amat & adorat: voluptates scilicet, diuitias,  
 libertatem, siue splendorem, & magnificentiam, quæ per hircos, arietes,  
 & armenta maiora vaccarum & vitulorum significantur: quamuis aliter ea  
 loculares, & aliter Religiosi viri offerant. Nam sæculares (vt perpendit  
 Sanctus Gregorius) offerunt trium rerum istarum sacrificium commune;  
 referentes sibi partem vnā; alteram tantum Deo dantes. Voluptatum  
 enim sensualium talem faciunt diuisionem, vt illicitas iugulent, firmo animi  
 decreto, nunquam eas admitrendi: retinent tamen licitas, quæ sunt in ma-  
 trimonio: ideoque vt supra dicebamus, coniugati sunt diuisi: dum partem  
 vnā cogitationum ac desideriorum suorū ponunt in studio placendi Deo;  
 sed alteram in mutuo desiderio sibi placendi. facultates etiam diuidunt:  
 vnā partem vnā tribuunt Deo, erogantes pauperibus Eleemosynam; sed  
 partem alteram, quæ semper maior est, sibi reseruant, ad expensas in suam  
 familiam. Libertatem etiam & propriam voluntatem diuidunt: ne-  
 gantes illam, ne faciant aliquid contra præceptum; sed eandem reti-  
 nent circa ea, quæ sunt tantum ex consilio: in his enim faciunt quod sibi vi-  
 detur.

Hoc est sacrificium commune, quod iusti in sæculo offerunt; & suf-  
 ficit, vt aditus eis in cælum pateat: at Religiosi non sunt eo contenti; sed ho-  
 locau-

g Pf. 65. 13.

Lib. de Vi-  
tibus:

Vide Riber.  
l. 4. de Sac-  
c. 1. §. 1. seq.

h Exo. 8. 26  
1.

i Pet. 2. 5.

Hem. 12. 6.  
20. in Exo.  
D. Th. supr.

2.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



Religiosi  
sibi refer-  
unt.

holocaustum offerunt ab omni proprietate & cupiditate liberum: dant enim Deo per tria illa vota tres prædictas res nihil earum sibi referuantes. Nam votum Castitatis est quasi quoddam holocaustum, quo omnes sensuum voluptates iugulantur, tam illicitæ, quam licitæ, quæ sunt in matrimonio, ab ipsa ipsæ redeundi ad potiendum eis: nam nec matrimonium potest esse licitum nec post tale votum esset validum. Votum Paupertatis est alterum holocaustum, quo offerunt Deo omnes diuitias, nulla earum parte retenta: sed rerum, quæ à Prælati conceduntur, ad vitam sustentandam, contenti sunt. Et qui cum vitiosa proprietate aliquam partem sibi referuaret, sicut Ananias & Saphira: is non offerret Deo verum holocaustum: quemadmodum grauius S. Basilius dixit cuidam Senatori, qui dum Religionem in grege tur partem aliquam suarum facultatum in proprios vsus referuauit: Senator, inquit, esse desisti, & Monachum non fecisti. Qui enim non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest esse Christi discipulus in schola Religionis. Horum Obedientiæ est aliud holocaustum, in quo offeruntur prædictamina propriæ voluntatis & proprii Iudicij, propriæque libertatis sacrificium: quia iugulatur, (vt ait S. Gregorius) & negatur in rebus omnibus, quæ Dei voluntati & superiorum, qui loco eius præsunt, aduersantur: præsertim sunt contra perfectionem, quam institutum & Regula præscribunt. Quod S. Basilius dixit: eam, qui contra voluntatem Superioris vsurpat sibi aliquid eorum, quibus renunciauerat, iudicari latronem & Sacrilegam & hoc holocaustum est omnium trium perfectissimum: in eo enim offertur res preciosissima, quam homo habet; iuxta id quod dixit Pontifex Ioannes XXII. magna quidem est Paupertas, sed maior integritas, sed maxima est Obedientia. Nam prima offert res externas; secunda ipsum corpus; tertia spiritum animam: quæ præstantior est cæteris duobus: quare ex his tribus fit integerrimum & perfectissimum holocaustum, quo Religiosus offert Deo se ipsum totum nihil sibi referuans; sed totum diuino seruitio se consecrans: iuxta ea quæ dixit S. Gregorius: tunc censeri holocaustum, quando quis omnipotentem Deum offert, quæcunque habet; & quod nouit, omnia igne comburens ad honorem sui creatoris.

3.

SED quo ea igne comburet? neque enim absque mysterio in lege veteri iubebatur, nullum sacrificium comburi, nisi igne lanctuarij, qui ardebat super altare Dei. Et quoniam k Nadab & Abiu filij Aaron alium ignem acceperunt, quæ scriptura alienum appellat: Egressus ignis à Domino deuorauit eos, & mortui sunt: vt sic cæteri moneantur, aliquam inde prunam accipere, vt ignem accenderent ad sacrificium cremandum. Et quando holocaustum fiebat de maioribus animalibus, qualia erant tria prædicta, magnus ignis erat necessarius, quamuis ad reliqua sacrificia minor sufficeret. Quis autem est ignis comburens?

Li. 34. Mor.  
cap. 6.  
Serm. de  
Abdie. ver. 8.

In extran.  
de ver. sign.  
S. Tho. 2. 2.  
q. 186. a. 7.  
Votum o-  
bedientiæ  
nobilissi-  
mum.  
In Eze. sup.

k Leui. 6. 11  
Eze. 10. 1.  
Punitio  
Nadab &  
Abiu Filij  
Aaron.

71



burnens holocaustum votorum, nisi ignis spiritus Sancti, & Amor ab ipso procedens? de quo igne dixit Christus D.N. *ignem veni mittere in terram; & quid volo, nisi ut accendatur?* hunc ignem accendit spiritus Sanctus in cordibus iustorum, sed in aliquibus adeo est exiguus ob imperfectionem subiecti, ut non sufficiat, ad consumendum holocaustum: ut apparet in secularibus, non habentibus tantum animi, ut omnia sua pro Christo relinquunt; in alijs autem adeo est magnus, ut omnia comburat, efficiatque; ut nudi nudum IESUM sequitur, oblati his tribus votis, quæ propterea David vocavit *holocausta medullana*. Medulla (ait S. Augustinus) est intima pars animalis, nam pellis operit carnem; caro ossa; os autem continet in se medullam. Ignis igitur holocausti omnia hæc consumit. Hunc ergo in modum tribus prædictis votis offeruntur Deo non solum facultates, voluptas, & voluntas propria; sed intima quoque; cordis, cogitationes, affectus, & intentiones: quia omnia hæc comburuntur diuini amor: ut homo nec cogitet, nec velit, aut quærat finem aliquem terrenum in hac oblatione; sed solum & purè Deum, dicens cum pijsimo Augustino: totum consumat ignis tuus, nihil mei remaneat mihi, totum sit tibi facultates meæ sint tibi, corpus meum, voluntas mea tibi, omnes intentiones meæ sint tibi, ad gloriam, & honorem tuum; & tantum, ut tibi placeam; cui offero cum sponsa *omnia poma noua & vetera*, hoc est omnes fructus potentiarum mearum, antiquos & recentes; naturales, & supernaturales: ut in eis omnibus tu glorificeris. Hæc intentio pura, quæ inflat medullæ est honorum omnium operum, est preciosissima pars holocausti. Si enim offeras Deo omnia, quæ tria vota complectuntur; non autem puram adhibeas intentionem ipsi soli in his, quæ agis, placendi: talis oblatio non erit holocaustum, eò quod Deo tradas tantum exteriora, reseruans tibi intentio: ac proinde eum, non ut debes, honoras: siquidem (ut idem S. Augustinus ait) quisquis in superficie colit Deum, magis placere vult hominibus, ideoque suum holocaustum offert non *igne sanctuarii*, sed *alieno*, hoc est igne inanis & mundani amoris, ut laudetur & honoretur ab hominibus: qui ignis omnia bona opera destruit, & proprijs meritis priuat, & inuadit ipsam offerentem, ut pereat, sicut Nadab, & Abiu. Sed cum oblatio hæc adeo sit excellens, tantisque expensis fiat: raro euenit, ut non sit perfectum holocaustum propter ignem, quo spiritus Sanctus illud accendit per gratiam vocationis, ut postea videbimus.

Luc. 12. 4

Super Ps. 63

cc  
cc  
cc  
m Cant. 7.  
13.

Intentio bona requiritur in votis.





## CAPVT VI.

VARIA SACRIFICIA, ET VOTA offerri Deo in Religionibus.

**V**LTERIVS adhuc progreditur excellentia vitæ Religioſæ in votis & ſacrificijs: nam tota illa eſt perpetuum quoddam & continuum holocauſtum, quo Religioſus ſe ipſum offert quocunq; uſque ad mortem. Quæmadmodum enim in lege veteri inbo-

a Nm 28. 16

Deus noſter offerri ſibi quoddam a holocauſtum, quod ſempiternum dicebatur, duos ſcilicet agnos anniculos immaculatos quotidie: ita dicentur feruentes Religioſos continuè offerre Deo D. N. duo holocauſta: vnum corporis, alterum animæ, cum omnibus quæ ab eis ſiunt actionibus. (vt optimè S. Auguſtinus ad hoc propoſitum dixit) verum ſacrificium omne opus quod agitur, vt ſancta ſocietate in hæreamus Deo, relatum ad ſolum finem boni, quo veraciter beati eſſe poſſimus. Et ipſemet iuſtus conſecratus eſt, inquit, ſacrificium, quatenus caſtigatur, vt aptum ſit iuſtamentum diuini ſeruitij: ac proinde multò maius erit ſacrificium animæ, quatenus tota diuini amoris igne accenditur, vt à ſæculari vita exuta, reſortum ſpirituali ad imaginem hominis noui, & vt vno verbo omnia dicantur, ſolum eſt ſacrificij ſpiritualis genus, quod non excellenter inueniatur in Religioſa.

1.

b Pf. 50. 19.

Opus de ſpirituali Perf. c. 10. p. 21. q. 89. n. 3. ad 3.

3.

c Ro 12. 1.

d Matt. 16. 24.

e Gal. 5. 24.

Hom. 56. ad populum.

f Pf. 49. 14.

NAM in ea offertur primum ſacrificium, quod Dauid appellat, c. *tritum & humiliatum*: quia amaris valde gemitibus deſentur admiſſa peccata, & præſens ipſe torpor; pro quibus quotidie applicantur opera ſatisfactoria. Quo nomine ſtatus Religioſus (vrait S. Thomas) ad eò ſingularem hæc excellentiam: vt nullum ſit in hac vita pœnitentiæ genus illi par. Cuiusmodi eſt, quod propter nulla peccata etiam grauiffima, poſſit aliquis ad ſtatutum ſuſcipiendum obligari: cum tamen obligari poſſit ad alia quæ quæ uera iuxta peccatorum grauitatem.

Ex Quo ſit, vt in Religione offeratur etiam alterum ſacrificium corporum, quod Apoſtolus appellat: c. *Hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationale obſequium Deo*, in ea enim exercentur multe aſperitates, quæ cruciant, & cruciant carnem, vt ſpiritui ſit ſubiecta: extirpando quemetipſam vitæ carnalis ſaporem, vt ſpiritualis ſolus floreat: & hoc modo impleatur minenter, quod dixit Chriſtus D. N. *d qui ſequitur me, abneget ſeipſum, tollat crucem ſuam, & illud Apoſtolice qui ſunt Chriſti, carne ſua crucifixerunt vitis & concupiſcentiis*. Et ob hæc cauſam S. Chryſoſtom. Religioſos appoſitè crucifixos: eò quod ſint Chriſti crucifixi vitæ imagines. Floret quoque in Religione tertium ſacrificiū, de quo dixit Deus in Pſalmo: *immola Deo ſacrificium*



landis: & reddo altissimo vota tua. Sacrificiū laudis honorificabit me, & illic iter quo  
 efficiat tibi salutare Dei, siue Salvatorem Deum: Quia non est aliud Religio,  
 quā continuum quoddā sacrificium laudum Dei: est enim dedicata ad eum  
 glorificandum hymnis, & canticis, iugiq; expletione votorum, ad ipsum ho-  
 norandum editorum. Ideoq; Religio est via, qua Deus nobis manifestat Sal-  
 vatorem, & salutem, quæ per eū nobis provenit, cuius nos copiosè partici-  
 pes facit. Ex quo fit, ut etiam in Religione floreat *quartum sacrificiū g Incensi*,  
 hoc est *orationis*: eleuantur enim corda, linguæ, & manus in cælum: quia nul-  
 lo die sanctam hoc exercitium intermititur, ed quod Deus placetur hoc  
 sacrificio, quod Oseas appellat *h visulos labiorum nostrorum*; in quo iugulan-  
 tur distractiones, ac tepiditates, quæ orationis feruorem retundunt. His ac-  
 cedat *quintum sacrificium*, quod Dauidi *sacrificium Iustitiæ*, & sanctitatis vo-  
 can quo plenè satisfit obligationibus votorum & regularum: quia datur  
 Deo, quod Dei est; & proximo, quod est eius; sibi autem ipsi, quod propriū  
 est status eius. Et ita latisfit sententiæ illi Ecclesiastici: *k sacrificium salutare*  
*est attendere mandatis: & discedere ab omni iniquitate.* Hęc omnia pulchrè com-  
 plexus est Sanctus Ioannes Climachus, varias proponēs sancti huius status  
 definitiones. Monachus, inquit, est ordo quidam & status Angelicus in  
 corpore materiali & fragili: Monachus est, qui spiritu suo attendens soli  
 Deo, orat in omni loco, tempore, & negotio; Monachus est perpetua quæ-  
 dam naturæ violētia, & sensuum vigilantissima custodia: Monachus est cor-  
 pus castum, os purificatum, & animus diuinæ lucis radijs illustratus: Mona-  
 chus est animus quidam afflicus & gemens, qui continua mortis memoria,  
 siue vigilat siue dormiat, semper sese exercet. Hęc S. Ioannes Climachus  
 qualiter tenens proprietatē eorum, qui spiritum illum habent, quem Mona-  
 chi nomen significat.

PRÆDICTIS omnibus accedit alia Religionis excellentia nomine  
 & titulo votorum: solet enim in varijs institutis specialia quædam vota, val-  
 de insignia Deo offerre, quibus tria illa substantialia, magis corroborentur,  
 fulciantur, ac perficiantur. Nā aliquæ Religiones vouent perpetuam clausu-  
 ram, quales sunt *fœminarum*, ad securiorem voti Castitatis custodiam: alia  
 vouent perpetuam abstinētiā à carnibus; alia etiam à lacticijs: alia  
 vouent perpetuam abstinētiā à carnibus; alia etiam à lacticijs: alia  
 reddendi captiuos, qui versantur in periculo excidendi à fide: quamuis pro ta-  
 li Redemptione opus sit, eum, qui id vouit, manere in captiuitate. & in  
 nostra Societate Iesv tribus illis votis addunt Professi quartum, specialis  
 Obedientiæ summo Pontifici ad proficiendum; quocūque ille mittere  
 eos velit: siue ad fideles, siue ad infideles. Quibus quatuor votis, tanquam  
 quatuor columnis nostrum innititur Institutum. Ad quorum maiorem  
 firmitatem quatuor alia adduntur, vnum est, non relaxandi Paupertatē So-

21. & Psal.  
145. 17.

g Ps. 140. 2.

h Ose. 14. 3.

i Psal. 4. 6.

k Eccel. 35. 2.

Cap. 1.

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

c c

3.



cietatis Professæ, quæ neq; in communi, neq; in particulari propriam habet; nec ullū accipit stipendiū pro Missis, nec pro alijs ministerijs: et eduntur non quærendi directè aut indirectè Præstaturam vllam, aut dignitatem intra aut extra Societatē: neq; extra eam acceptandi, nisi ex obedientia eius, qui potest ad id sub pena peccati obligare: quartū denique, manifestandi superiori, si quid tale ab aliquo ex nostris quæri coghouerit. omnia vota sunt spiritualia sacrificia, quibus iugulantur, quæ homines amari magni faciunt: ex quibus omnibus holocaustum fit perfectissimum.

SED ne quis terreatur tot votis & sacrificijs, quæ & carni, & Spiritui uia videntur: attendat, non sine causa dictum esse à Spiritu sancto, eandem pietiam diuinam *immolasse* in deo sua *uictimas SVAS*: vult enim, vt intelligamus, ipsam esse, quæ huiusmodi uictimas instituerit, approbauerit, suaserit, & eandem illa offerre in ipsis Religiosis, & per ipsos, eosq; ipsa gratia adiuuare ad eadem offerenda: vt propterea, ipsius potius opus creditur, quàm nostrum; & potiore locum in eisdem habere eius gratiam, quàm nostram industriam. Quæ gratia non solum adiuuat; sed, quod videtur valde difficile & ingratum, reddit facile & iucundum, est enim tanquam *Sal*, quo iuxta legem antiquam *condebatur omne sacrificium*. & quemadmodum *Sal* cibum reddit lapidum, qui fuisset ex se insipidus; ita gratia, quæ propria est vocationis Religiosæ, spirituales, saporem adfert his sacrificijs, redditque iucundissima & iuuuissima offerenti ea Spiritu quo diximus, quomodo insipidum esse potest sacrificium & uictima, quam diuina Sapientia, cuius est etiam ipse *Sapor*, *SVAM* appellat; nomen eius prodit & præcipue eius dulcedinem; cum scientia, quæ ex tali fonte procedit, lapida fit, acida, & præmium, quod statim & in promptu datur, dulcorabit, vt potius debimus, quidquid in hoc mūdo est valde amarum. Sed non præterea aduertere, quod cum Deus iusserit Salem admisceri sacrificijs, simul præbuerit *n quidquam mellis adoleri*: ad significandum, (vt ait S. Thomas) in sacrificijs nihil esse debere, quod sensuum voluptatem, & carnis illecebrosam sapiat; neque in eis quærendum esse, quod est tantum dulce & sapidum, sed quod vtile. Quamuis enim *Sal* saporem adferat & condimentū; est tamen iam mordax, & præseruat à corruptione: Nam quod Deo placet, ita recusat vt & hominem reddat excitatiorem, eumq; præseruet à peccatis: & hæc ratione comitatur sacrificia ipsi accepta.

PRÆDICTIS hisce sacrificijs licet adiungere varietatem officiorum ministeriorū, quæ sunt in *3* quibus Religionibus: alia quidē domestica & temporalia; alia spiritualia in bonū proximorū, excipiendo scilicet corū consuetudines, cōcionādo, varias scientias docendo, proficiscendo ad hæreticos aut infideles, ad Catholicam fidem dilatandam; aut ad fideles ad eandem consuetudinem

1. Petri. 9. 2.

in Lev. 2. 13  
Salis &  
gratiae cō-  
paratio.Ecci. 6. 23.  
Sapientia  
doctrina. se-  
cundū nomi-  
est eius.

in Leni. 2. 11

12. q. 102. a.  
S. Ad. 14.



mandam, & simul cum charitate excitandam. In quibus ministerijs Religiosi offerunt Deo sacrificia Iustitiæ gratissima, cum multo sale sapientiæ ac discretionis; & per eadem huiusmodi *o Sal terra & lux mundi.* Et interdum eò perueniunt, vt fiant holocaustum ad eò perfectum, quò propriam vitam & sanguinem offerant, ad satisfaciendum statui & officio proprio. Et minimum (vt S. Basiliius ait) sunt semper parati, ne officio suo defint, etiam si certum mortis imminet periculum, vt inferius apparebit.

o Matt. 5. 13

Reg. 8. Fu-  
sorum.

## CAPVT VII.

CONSTITVTIONES ET LEGES RELIGIONVM; & earum  
Præstantia, & vtilitas.

**Q**UODINVM & Statuum varietas, quos Religio complectitur, præcipue consistit in Constitutionum & Legum, quas habent, diuersitate, ad vota sua magis perficienda; in quibus etiam Institutum suum declarant, positum in proprio fine & medijs ad eum consequendam. Quæ omnia scripto proponuntur, vt facilius innotescant, & frequentius repetantur, ne tradantur obliuioni. Quamobrem etiam si a *lex naturalis* (vt ait Apostolus) *scripta sit in cordibus* hominum; voluit tamen Deus D. N. vt electus eius populus eam haberet *in tabulis lapideis scriptam digito Dei*, vt pluri a populo fieret. & Moysi præcepit *scribere Deuteronomium*, in quo erant omnia præcepta & ceremonia legis veteris. Et quamuis lex noua, quæ est gratiæ *scribenda* & imprimenda erat in *tabulis cordis* (vt dixit Ieremias) à præsentia Spiritus sancti illam dicentis; voluit tamen Christus D. N. post suam in cælos ascensionem, Euangelium factum à quatuor Euangelistis scribi; vt perpetua esset legis suæ, doctrinæ, & consiliorum apud homines memoria.

a Rom. 2. 15

b Exo. 31. 18

c Deut. 31. 9.

19.

S Th. 3. p. 9.

42. 4.

d Iero. 31. 33.

Hebr. 10. 16

Cur Euan-

gelium sit

scriptum

§. 1.

**EX HIS ACCEPIT** gloriosus Pater noster S. Ignatius diuinâ quadam prudentiâ solidam occasionem, & fundamentum ad scribendas suas Constitutiones, vt ipse in earum prologo aperte asserit. Supponit enim internam Charitatis legem, quam Spiritus sanctus scribere & in cordibus imprimere solet, esse præcipuum auxilium ad Religionis conseruationem & perfectionem; eò quòd lex illa sit verè viua, & cum Institutum viuum: à qua efficacitas procedit ad implendum, quæcunque leges scriptæ continent, vt postea apparebit. Statim tamen subiicit quatuor causas & motiua scribendi Constitutiones, omnibus Religionibus communes.

In Proemio  
Constitutio-  
num.Scriptionis  
regularum  
motiua.

Bb 3

PRIMVS



1.  
a r. Cor. 3. 9.

PRIMUM motiuum est: ed quodd Prouidentia diuina, suarum Creaturum cooperationem exigat; & constituerit alijs homines per alios iuuant, a quibus, (vt ait Apostolus) *Dei adiutores* in opere nostrae salutis & perfectionis. Et quoniam fundatores Religionum sunt instrumenta, quibus Deo utitur ad iuuandos Religiosos, eorum Institutum profitentes: vult ipsa diuina prouidentia eos facere Constitutiones & leges, quae media sint ad obnendam perfectionem, ad quam sunt vocati. In quo sensu accipiendum est, quod Sapientia diuina dixit: *b per me legum Conditores iusti a decernunt*: illi enim diuinæ Sapientiae cooperantur, ad eas leges condendas, quas illa inspirat, & in lucem producut, quae DEVS ipse in aeterna sua prouidentia constituta habebat, accommodantes ea fini propriae suae vocationis.

b Prou. 8. 15.

3.  
Opus, contra impugnat. Religio. c. 4. Papa in confirmandis Religionibus non erat.

SECVNDVM motiuum est, quod Vicarius Christi D. N. ita staret: cui diuina eius maiestas infallibilem dedit auctoritatem, ad Religiones, earumque Leges & Statuta approbanda, ita vt (quemadmodum S. Thomas probat) non possit in eo quod praecipuum est earum errare, approbando, verbi gratia, votum aliquod, finem, aut medium prauum, cum enim haec leges & Regulae proponantur omnibus Ecclesiae fidelibus, vt per eas dirigantur & ad perfectionem progredi possint: si Pontifex in approbanda Regula erraret, exponeret totam Ecclesiam manifesto errandi periculo & magnum ei inferret damnum, praebens gregi suo venenatum in doctrina aut moribus pabulum. quod nulla ratione est admittendum; id enim est contra Christi D. N. promissionem, fundantis Ecclesiam suam super sanctum Petrum eiusque successores, ita vt *c nec porta inferi proualere possent aduersus eam*, vt faciant eam fallam aliquam doctrinam, aut impias leges approbant in perniciem animarum. Quamobrem Summus Pontifex, cum de Religione aliqua recens fundata agitur, exigit ab ijs, qui fundare illam cogitant, sibi scriptas res omnes substantiales sui Instituti; quae sunt fere tres, vota scilicet in ea edenda, finis proprius, quem spectant; & media principalia quae ad eum obtinendum adhibent. Quibus omnibus bene examinatis, Spiritus sanctus, qui omnem docet veritatem assistit ipsi Pontifici, ne aberret in eo quod approbat.

c Mat. 16. 18

d Ioa. 16. 13

3.  
4.

TERTIVM motiuum est, exemplum priorum Sanctorum, quod DEVS constituit in Ecclesia tanquam exemplaria, quae successores imitantur. Quibus, cum eos induxit ad fundandas Religiones, etiam inspirauit, vt Constitutiones & Regulas praescriberent, quibus illae gubernarentur, quod fecerunt SS. Basilius, Augustinus, Benedictus, Franciscus, & alij Religionum Patriarchae.

HI s accedit quartum motiuum, ratio scilicet naturalis: quae quodd firmiter communicatum ab infinito e vultus Dei lumine, non decipitur. Hec

augem



autem dicitur ac docet: (vt bene ostendit S. Thomas) omnes Respublicas indigere legibus, quibus gubernentur: & ad homines dirigendos in via virtutis, à vitijs retrahendos; & in pace, & amicitia conseruandos. Quamuis er: in superiores, qui sunt lex viua, iuuare ad id possint: multò tamen melius esse probat Aristoteles: id fieri per scriptas leges, quæ exactius examinantur, diutius durant; nec subiectæ sunt mutationibus, & passionibus, quæ sæpè turbant iudicium aliquorum Prælatorū, & Iudicum. Cum igitur Respublica tam civilis, quàm Ecclesiastica proprijs legibus gubernetur: rectum quoque erit, Rempublicam Religiosam legibus gubernari, cum specialem illa perfectionem, & coniunctionem profiteatur, modo quodam vitæ ijs, qui in ea viuunt, communi.

§. 2.

**H**INC LICET incipere explicare particulares excellentias Constitutionum, & Regularum Religionis, ab Ecclesia approbatarum, quarum primus Author est ipsa diuina Sapiencia, quæ cum hanc sibi domum ædificat, quemadmodum excidit columnas, & victimas suas immolat; ita a *proponit mensam suam & miscet vinum*: hoc est, illam instruit rebus necessarijs valde splendide. Nam quemadmodum fundat Ecclesiã Hebræã, posuit in ea mensam Scripturæ sacræ, testamenti sc, veteris; & fundatã Ecclesiã Christianã posuit in ea testamentum nouum, præcipuè sacrorum Evangeliorum, vt suo loco dictum est, ita, cum erigit domum sacræ Religionis ipsam diuina Sapiencia *proponit mensam* Constitutionum & Regularum ex Scriptura sacra, & sacris Euangelijs exceptarum, vt varijs spiritualibus cibis abundet ad sustentationem & oblectationem Religiosorum; & conseruationem, augmentum, & perfectionem sanctæ vitæ, quam profitentur. In hac mensa est *h panis vite & intellectus*, varia consilia ac documenta, quæ illa apponit, vt sacramenta frequententur, & spiritualia Exercitia Orationis, Læctionis, & aliarum virtutum. Est quoque preciosissimi vini copia: nam omnis eius doctrina eò tendit ac peruenit, vt affectus amoris Dei, & proximi valde inflammatos exciter. & est tanquam *cellarium* quoque cæleste, in *quod ipse cæli Rex inducit Religiosos, vt in eis ordinet Charitatem*. Et præpterea ipsa Religio vocatur Ordo: quia totum hominem interiorem & exteriorem ordinar, & componit, non coactè aut ex timore seruili, sed suauiter & ex amore filiali: erigit enim super omnes huius domus columnas vexillum Charitatis, quæ est proprium signum Religionis; & propter quam iudicatur & habetur domus Dei vini, Schola IESV CHRISTI. Cuius d *discipuli d'gnoscuntur, si dilectionem habeant ad inuicem*. Quare huius domus habitatores nec fame, nec siti praua prementur, si de libere velint cibos, quos diuina Sapiencia in hac sua mensa proposuit.

Sed

c Psal. 4. 7.  
1. 2. 9. 95. 4. 1

1. Rhet. c. 2.  
D. Thomas  
supra ad 1.

1.  
a Pro 9. 2.

Tom. 1. Tr.  
1. 6. 7.

b Eccl. 15. 3

c Cant. 2. 4.

1 Ioan. 13. 35



Sed quoniam non omnes possunt eisdem cibis & eodem modo preparari vesci: constituit Sapiencia diuina, vt quemadmodum sunt septem columnae huius domus, variaeque Religiones; ita vnaquaeque propria habere mensam preparatam cibis aptis & accommodatis ad sustentationem eorum, in ea degunt.

2.

NON est tamen existimandum, diuinam Sapienciam has leges & Regulas constituere eo tantum generali modo, quo (vt Solomon dicit) principum est omnium bonarum legum, quae sunt in omnibus huiusmodi Rebus publicis: quatenus scilicet naturali lumine, & scientia, & experientia, adiuta etiam lumine fidei, docet ac dirigit ipsos Reges, & Legislatores in legibus condendis, ad rectam gubernationem: non inquam hoc tantum generali modo sed singularem & maiorem fauorem ostendit erga fundatores Religionum, maiorem eis lucem praebens ad Regulas condendas: nam autem aliquem Angelum, qui illos doceat, sicut misit ad S. Pachomium; aut ipsam speciali reuelatione & interna inspiratione eas suggerit, quemadmodum inspirauit S. Franciscum, reddente huius rei testimonium voce quadam celestis, dicente: Franciscus, in hac Regula nihil est tuum: sed tota illa est mea. Et de Patre nostro S. Ignatio scimus, etiam eum per reuelationem, aut inspirationem Dei scripsisse res graues suarum Constitutionum: cum praecederent illustrationes & fauores caelestes in contemplatione & oratione, quae praemittebat earum descriptioni. Et vniuersim quemadmodum e Angelus quidam, referens Christum D. N. e dedit S. Joanni Euangelium: ita librum quemdam, quo scriptum erat, quod erat praedicaturus; & statim iussit, librum ipsum deuorare, vt statim praedicaret; ita credendum est, Christum D. N. dare Fundatori Religionis librum Regularum, quas docere debeat; & iubere illum deuorare, & in animam suam transmittere, vt postea alij eas praedicent in capite nono videbimus.

Quomodo  
leges Reli-  
gionum  
condan-  
tur.

Lib. 4. eius  
vita c. 2. &  
lib. 5. c. 1

e. Apoc. 10. 8

SED aliud quoque extremum est vitandum: ne scilicet existimemus, Sapienciam diuinam etiam ipsa verba dictasse, quibus Regulas ipsas scriberent; & minutissima quaeque in ipsis contenta: id enim est proprium Scripturae sacrae & eius Scriptorum. Satis itaque est, quod sententias & res maioris momenti reuelauerit: relinquens ipsorum bono iudicio & rationationi ipsa verba, & res alias minutas, quae cum eis miscentur. Eundem modum quo Dominus aliquis prudenti famulo suggerit substantiam re quam alteri debeat significare: remittens eius prudentiae verba & modum eam significandi. Et hoc etiam modo eas approbat summus Pontifex, vt de cura sint, ac certae. Nam reuelationes & inspirationes internae, quas sancti nobis proponunt, apud nos non habent authoritatem & certitudinem infalsibilem, donec illa approbet Ecclesia.

Hinc



Hinc tertia oritur Excellentia Regulae Religioſae: quod fit certa ac ſecura via Perfectionis; qua ſecurè & abſque periculo peruenire liceat in caelum, niſi ad vnum aut alterum latus declinemus. Ita vt applicare liceat Religioni illud Iſaiae *ſc dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem: & non facies ambulare a te ultra doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes praeceptorem tuum. Et auert tua audient verbum poſt tergum monentis: haec eſt via, ambulate in ea & non declinetis, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.* Panem arctum (ait S. Hieronymus) eſſe doctrinam Euangelicam, manentem in menſa Eccleſiae Catholicae: nam haec doctrina fundatur in arcta via crucis & mortificationis; & eſt abbreviata in illo praecepto amoris Dei & proximi. Eundem hunc panem & aquam valdè eminenter dat Dominus noſter Religioſis in menſis Regulae ſuae Religionis; & loquitur ad cor eorum, inſpirans illis vt Regulas illas obſeruent; ac dicens: haec eſt via caeleſtis, & ſemita perfectionis: ambulate per eam, non deſectentes, aut declinantes ab ea propter vllam vitae humanae proſperitatem, aut aduerſitatem: illa enim deducet vos ad quietem aeternam (Refert S. Gregorius) quando S. Benedictus obiit, duos Monachos viſiſſe eodem die in oratione viam quandam planam, rectam, & pulchre exornatam, luminatibus valdè ſplendentibus refertam: quibus venerandus quidam ſenex dixit: haec eſt via, per quam dilectus Dei benedictus aſcendit in caelum. Et S. Bernardus declarans hanc viſionem, ait: hanc viam eſſe Regulae, qua S. Benedictus inſtituit per cuius obſeruantiam ſanctus ille aſcendit in caelis; & aſcendēt ceteri, qui eandē ſeruauerint. Non. n. dubitare licet diuinā potius inſpiratione, quam humanā prudētiam inſtitutam fuiſſe Regulā, qua vir ille ad tantam peruenit ſanctitatem; & in vita, & in morte tantam obtinuit gloriam. Idem autem dicere licet de quacunque alia Regula ab Eccleſia ſancta approbata, quae via eſt plana, recta, & praeclararum virtutum, & conſiliorum tapetibus exornata: & qui ambulauerit per eam, perueniet ad glorioſum finem, quem intendit.

Haec Excellentia fit excelsior ex adiuncta altera valdè praeclara: in ipſis enim Regulis innotet ſc Religioſis ſanctiſſima Dei *g voluntas in qua*, vt ait David, *noſtra conſiſtit, & cuius exequutio eſt ſanctitas noſtra; & requies temporalis & aeterna.* Quod ſentiebat ille Propheta, qui dixit: *h Beatiſſimus Iſrael, quia quae Deo placent, manifeſta ſunt nobis.* Hoc enim dicere voluit: non ſumus beati ob nobilitatem maiorum noſtrorum Patriarcharum, & Prophetarum, non ob illa prodigia quae fecit, vt nos ex Aegypto educeret; & in hanc promiſſionis terram induceret; non ob diuitias & proſperitates hinc nobis oblatas: ſed quod ea nouerimus, quae ſuperiori noſtro placent, vt ea expleamus: ex hoc enim omnis noſtra felicitas pender, beneficiū hoc tale eſt: ait David, *vt i non fecerit ſaliter omni nationi: & iudicia ſua non manifeſta*

3.  
Religio perfecta eſt ad caelum via,  
ſpſa 30 20

Ibidem.  
Panis arctus quid.

Secundo Dialog. cap. 37.

Homilia in I. Ecce nos reliquimus omnia.

4.  
ſpſa 29. 6.

h Barn. 4. 4

ſpſa 147. 20.





k Psal. 102. 7.

uerit eis, erga solum Israël hac misericordia est usus, qui est summæ misericors, & notas faciens vias suas Moysi filius Israel voluntates suas, & quid ab eis quireret. Potiori autē iure id licet dicere de Christianis, & adhuc amplius Religiosis: quod si mus beati nō ob nobilitatē, aut scientiam; nō ob alias humanas amplitudines, & ornamenta; sed quōd sacrum Euangelium Regulas nostras clarē ac distinctē nouerimus, quæ Deo sunt placita, & præstantes, illi placeamus. Hic nostræ felicitatis fons est, & in quo ipsa Religio est beatitudinis quædam imago; finis quæ præcipuus, propter quem illam venimus, iuxta illud Dauidis: *inam petii a Domino, hanc requiram, inhabitarem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, & permaneam in domo ecclesiæ militantis, & intra eam in domo sacræ Religionis; ac denique in domo Ecclesiæ triumphantis, à qua nunquam excidam: & omnem meam attentionem, & vota mea in hanc rem solam dirigam. Sed hoc; ô Rex Sæcæ, cur tantopere desideras? ut videam Voluptatem seu Voluntatem Domini. Quamuis enim duo hæc verba diuersa sint: eorum tamen sententia idem: iustis enim idem est Dei voluntas, & eius voluptas. Nam expletæ Dei voluntatem, eius quoque voluptatem assequuntur. Nam in ea exequenda est vera solidaq; voluptas, iuxta illud Ecclesiasticum: *nihil dulcius quam beneuolis oculis respicere in mandatis Domini.**

m Ecc. 23. 17

n Psal. 147. 1.

Hæc Excellentias, & alias non inferiores, vitæ Religiosæ, tanquam præsententes respiciebat in spiritu idem Propheta Regius, cum diceret: *n. Laudate Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion, quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te, qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti saturauit: quoniam ista est Ierusalē, nisi Ecclesia sancta? & quis mons, siue arx Sion, cuius solidissimis clauis affixas? Portæ sunt Euangelica Paupertatis, & Castitatis, & Obedientiæ consilia, per quæ patet aditus, & ascenditur ad perfectionem: seras sunt ipsa vota, quibus illa confirmantur: ita ut non liceat exire ex domo illa Religionis, in quam nos induxerunt. Clauis sunt ipsæ Regulæ, quæ constituantur & adhibentur ad maiorem votorum soliditatem. Et hæc est insignis eius excellentia, quod confirmet & corroborent Religiosos ad obseruationem eius, quod promiserunt, ut suæ promissionis fructum consequantur. Ad quod certius obtinendum, Supremus o Legislatores suam imperpetuam benedictionem, adiuuans eos speciali gratia, ut eam de virtute in virtutem donec ad supremum omnium culmen perueniant. Ex quo prouenit, ut concordia & amoris vinculo: ac proinde victoriam eis det de omnibus suis hostibus: donec eos pedibus eorum calcandos subijciat. Ne autē ipsi deficiant, eos ad selecto doctrinæ pane, & frequentia Sacramentorum, quibus eius abundantia*

o Psal. 83. 8



mensa. Et quamuis non desit illis p nix & glacies, nebula & pruina afflictionū ac tentationum, quibus illi exercentur: ipse tamen Dominus ita eorum curam gerit, vt tēpestiue emittat verbum suum internæ illustrationis, & faciat, spiritum suum feruentis inspirationis flare vt omnia illa dissoluat, & fluant aque dans eis amplio rem notitiam viarum sanctitatis & perfectionis, ita vt vere dici possit: Non fecit taliter omni nationi, atque fecit ipsis Religiosis, quorum natio est pura Obedientia & dilectio, ac propterea ei tantopere fauit, indulsit, & præ alijs omnibus eam protexit. r *Lauda itaq; Ierusalem Dominum.* qui te fecit, *lauda Deum tuum Sion,* qui te fundauit, & singulari amore cupit esse tuus, vt & tu sis ipse. Felices qui per tuas ingrediuntur portas, tua amplectentes consilia, tuisque votis sese claudentes, & regulis corroborantes; liquidem in te benedictionem inuenerunt, pacem, saturitatem, de hostibus victoriam, & coronam gloriæ propter obtentas victorias.

CAPVT VIII.

PROPRIETATES CONSTITVTIONVM AC REGVLARVM

*Religiosarum, in quibus suam ostendunt præstantiam & perfectionem.*

**V**ENIAMVS nunc vltimam Excellentiam, quam habere solet Regula Religionis approbata: in qua ordinariè inueniuntur conditiones & proprietates perfectæ legis humanæ, ciuillis, aut Ecclesiasticæ: de qua dicit S. Isidorus. quod debeat esse honesta, manifesta, possibilis secundum naturam, loco temporiq; conueniens, necessaria, utilis, & manifesta.

p Ps. 142. 16.

q Eccl. 3. 1. & Ps. 47. 2.

Beati qui Deum sequuntur.

Lib. 5. Ethy. c. 5. § 21. S. Tho. 1. 2. q. 5. a. 3.

**P**RIMUM ita que Regulæ & Constitutiones HONESTÆ sunt & sanctæ: quia fluunt ex fonte sanctitatis, hoc est, ex Euangelio sancto; & inspirantur à Sancto Sanctorum, ad communicandam suis electis sanctitatem. Eo autem sunt præstantiores, quò ordinant ac dirigunt res sanctiores, commendantes actus virtutum in gradibus excelsioribus, quales sunt purior intentio gloriæ Dei humilitas profundior in cõtemptibus, paupertas strictior, obedientia erga Superiores promptior, & maior inter æquales cõiunctio, euellendo radicatus oēs scopulos, & impedimēta ad has virtutes perfectiùs exercēdas.

1.

**S**ECONDÒ. Leges sunt IUSTÆ, hoc est, naturali rationi, quoad fieri potest, conformes: ita vt constet de earum Iustitia, & æquitate, absque iniuria tertij; cum enim gratia fundetur in natura; & homo ratione gubernetur: grauius fert id, quod ab ea degenerat, nisi fides dicta suppleat, quæ est super ipsã rationē humanã. Quamobrè dixit Dauid: *iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa desiderabilia super aurũ & lapidẽ preciosũ multũ, & hominib. dulciora super mel & fauũ.* Tales igitur esse debēt humanæ leges, vt sint cõformes diuinis: ita vt nõ fundētur in rationib. tm̃ probabilibus, sed certis. Ratio eni:

2.

a Psal. 118. 10 & Ps. 92. 5.



quæ vni est tantum probabilis, alteri non est talis. Quoniam autem lex omnibus proponitur: necesse est inniti rationi, quæ omnibus probetur.

3. **TERTIO** leges esse debent **POSSIBILES** secundum naturales vires minimum, ordinarijs gratiæ auxilijs præuentorum. Quare non sunt sicut in tolerabile antiquæ legis iugum: de quo dixit S. Petrus, quod vix *b. portari poterunt*; sed sicut iugum suauis Euangelij, quod Christus D. N. c. *suauiter portat*, & *onus leue*, dans leuamen & quietem defatigatis; ac proinde non habent hæc leges tantum rigorem, vt corpus destruant; sed quantum sufficit ad mortificandum, & spiritui subijciendum, iuxta finem intentum. Et quantum in hac re sit varietas, vt plus, aut minus mortificetur; etiam si leges valde ueræ videantur: semper tamen sunt possibilis ac faciles ijs, quos Deus vocat ad eas amplectendas: gratia enim vocationis addit vires ad eas seruandas. Quamobrem cum Religiosi S. Francisci de seueritate eius regulæ apud sum conquererentur: cælestis vox ei dixit: vt Religiosi illam iuxta litteras seruarent: nam ego, inquit, noui vires hominis, & quas ego sum illi daturus.

4. **QUARTO** sunt leges *conuenientes* secundum circumstantias *loci ac temporis* præsentis. Nam diuina Prouidentia hæc omnia attendit in Religionis institutione; respiciens (vt supra insinuauimus) ad præsentem Ecclesiæ necessitates; ita dirigens earum Instituta, & Regulas, vt accommodata essent ad necessitates reparandas; excitando eius virtutis Exercitia, quæ magis in tali aut in tali occasione maioris momenti esse videbantur. Ex quo efficitur, esse cõtra decorum Religionis, quod tẽporis progressu aliqua eius Constituta mutentur. Fieri. n. potest, vt, quod vno tempore expediebat nõ expediat, sicut etiam in aliquo loco opportunè seruetur aliqua ordinatio, quæ in alio non ita expediret. Et in ipsamet Ecclesia Catholica fuerunt huiusmodi mutationes in rebus satis grauibus. Nã in initio tolerabatur circũcisio, & obseruantia rerum aliquarum spectantium ad antiquam legem: quæ tam epistola seuenissime fuere interdicit. Et fundata iam solide lege noua, iubet quodã tẽpore, vt fideles omnibus cibis comestibilibus vescerentur, sed quia aliqui hæretici dicerent, quosdam cibos esse à dæmone: postea, cessantibus istis hæreticorũ erroribus approbata fuit abstinẽtia à carnibus, certis diebus.

5. **QUINTO**, leges debent esse *necessariæ & utiles*, vt inbeant quæ sunt ad salutem necessaria: prohibeant verò, quæ ei aduersantur: & confirmant Evangelicæ de his præcepta; addant verò pœnas aliquas temporales, quæ ignorantiam earum obseruatione compescant. Ordinant præterea & constituunt quod necessarium: & vile est ad illius Instituti perfectionem: ita vt neque in constituendis deficiant: neque tamẽ sint nimis: nam etiam multitudo legis nocere, & adferre scrupulos & anxietates. Et hac ratione impletur quod Deus per Isaiam promissit, dicens: *d Ego Dominus Deus tuus, docenti te iustitiam*.



bernans te in via qua ambulat. *Vinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut  
fontem pax tua, & Insuper tua sicut gurgites maris.*

DE QUAE LEGES sine Regula debent esse manifesta & clara: ne obscuritas,  
transgressionis occasionem adferat; nec quisquam se excuset ex ignorantia.  
propterea enim dicitur: *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos: & eius  
mandatum: lucerna est, & lex lux, illuminans & recta deducens.*

HANC Constitutionum & Regularum proprietatem cum reliquis præ-  
dictis tanti fecit noster Pater S. Ignatius in suis constitutionibus conscien-  
diis, ut in earum Proæmio hæc verba posuerit: Cū constitutionum hic finis  
sit, ut vniuersum corpus Societatis, & particularia eius membra, ad sui con-  
seruationem & incrementum ad gloriam Dei, & vniuersalis Ecclesie bonum  
laurentur; præterquam quod omnes, & singula earum per seipsas ad finem  
dictum accommodatae sunt, tria alia in eis expeti possunt. *Primum*, ut plena  
sint; quod omnibus, quæ incidere possint, quantum fieri potest, prouideatur.  
*Secundum*, ut perspicuae sint; quod minus scrupulis detur occasio. *Tertium* ut breues  
sint, quantum plenitudinis, ac perspicuitatis ratio patitur, ut memoria reti-  
neri possint. Quæ tria, ut in ipso contextu Constitutionum exactius serua-  
ret, voluit addere ipsemet declarationes aliquas, quæ supplerent quod ad  
plenitudinem & claritatem, propter breuitatem seruandam in eis deesset.  
Etenim omnibus talem seruauit dispositionem, ut satis appareat, eam non ab  
humana sed à diuina prouidentia sic fuisse directam; & cœlestem nostrum  
Magistram Iesum manum apposuisse, ut socios suos doceret & instrueret,  
quod quid opus habebant, ut fideles ipsi essent. & in hac Societate perfecti,

Ex prædictis omnibus colligit S. Thomas, quod quamuis maior perfe-  
ctio & excellentia Religionum desumatur præcipue ex præclariori fine, ad  
quem tendunt: (quo nomine quæ vitam contemplatiuam, ut finem suum re-  
spicit, excedit eam, quæ tendit ad actiuam; & quæ, quod vtriusque est opti-  
mum, complectitur, vtramque excedit, ut supra est dictum) Religionum  
tamen, quæ eundem respiciunt finem, illa perfectior censetur, quæ Consti-  
tutiones, & Regulas, aliaque media habet magis proportionata, & efficacia  
ad eum consequendum, quia de prædictis sex conditionibus plus participat.  
Cuius rei aliqua indicia licet ostendere. *Primum* est, si media illa, & efficacia  
sint, & simul suaui: sic enim magis conformia sunt gubernationi diuinæ Sa-  
pientia: de qua dicitur, quod *omnia disponat Fortiter & suauiter*. Ita ut forti-  
tudo temperetur suauitate, ne sit seuerus; & suauitati fortitudo coniungatur,  
ne sit remissior. Ex quo fit, illas Regulas esse perfectiores, quæ aptius con-  
iungant Exercitia Orationis & mortificationis, inde enim prouenit effica-  
citas & suauitas in reliquis medijs. Nam quemadmodum ignis & malleus a-  
pprunt ferrum, (nam ignis illud mollescit: malleus autem tundit & flectit)

6.  
e Psal. 18. 9.  
f Pro 6. 23.

2. 2. q. 188.  
4. 6.

Vnde sit  
excellentiæ  
Religionis.

1.  
g Sap. 8. c.

2.



h Cant. 4.6

3.

Mentalis  
oratio effi-  
caciore vo-  
cali.

4.

Art. 6. ad 3.

5.

6.

S. Tho. sup.

ita Oratio & mortificatio efficaciter & suaviter aptant & accommodant  
ipsa corda: oratio enim calore deuotionis ea emollit; mortificatio autem  
fleat ut suscipiant virtutum imagines. Et hoc nos in Religio assimilatur  
h *monti myrrhae & colli thuris*, ut postea videbimus. Et quoniam Oratio ma-  
talis efficacior ad hoc est vocali: ideo Religio illa censetur hoc nomi-  
perfectior: quæ locum suum vocali Orationi tribuens, regulas etiã & docu-  
ta tradit ad mentalem Orationem aptissima; præscribens tempus in qua  
la exerceatur: ut meditatio & contemplatio recollecta & attenta remota  
ternarum cor emolliat, & animum addat ad amplectenda & opere execu-  
da reliqua suæ Professionis media. Et similiter quemadmodum mortifi-  
tio interior proprii iudicij & voluntatis, & appetitus nostri propensio  
præstantior est, & vtilior externa mortificatione, quæ corpus affligit, in-  
nijs, & alijs corporalibus asperitatibus: ita Religio illa inter eas, quæ cunctis  
respiciunt finem, perfectior erit, cuius Regulæ magis promouent internam mor-  
tificationem, quæ omnibus potest esse communis, & ad omnia est vtilis, in-  
cesso tamen suo loco mortificationi externæ: quæ (ut idem Angelicus Do-  
ctorasserit) non est melior quod est maior, sed, quod magis est fini institui  
proportionata. Cum enim illa non sit verè aliud, quàm instrumentum per-  
fectionis: ratio ipsa ac discretio dicet, non plus de ea sumendum esse, quàm  
ad principalem finem intentum sufficiat; ne, si plus sumatur, potius impedi-  
at; & si minus, etiam non iuuat.

QUINTVM signum perfectionis in Regulis est, cum ita res præcipue  
Religionis attingunt, ut locum relinquat Obedientiæ Superiorum, qui  
lex viua & animata: si enim Regula omnia constitueret, & attingeret, velles  
que omnes eodem modo deducere: debiles subirent onus grauius, quàm ferre  
possent; robustiores verò leuius, quàm opus haberet. Sed superioris discre-  
tio potest vtrumque disponere ad omnium vtilitatem: si illi Regulæ relin-  
quant, quid cum illis agere debeat, attenta varia dispositione & constitutio-  
ne Subditorum. Quamuis nec tot res, eiusdem iudicio sint relinquenda, ut  
videatur nimium. nam cum magna sit varietas iudiciorum ac sensuum in  
varijs Superioribus: esset quoque in gubernatione ipsa, & moribus contra-  
niformitatem, quam ordo Religiosus exigit; & contra finem, in quem ipsa  
leges & Regulæ conscribuntur.

DENIQUE illa perfectior est Religio, quæ plura media, & quidem ex  
præstantiora, & aptiora complectitur, ad finem, in quem tendit: nam in hoc  
magis assimilatur Ecclesie Catholice, complectenti omnem multitudinem  
operum studiosorum; & in vnoquoque quod summum est & perfectissimum. Quare  
Religio illa, quæ tanquam finem proprium habet, animas iuuare, eod erit per-  
fectior, quod plura amplectetur ministeria, quibus illæ proficiant: docendo

scilicet



scilicet omne genus personarum varias facultates & scientias; concionando apud fideles; disputando contra infideles; confessiones audiendo, & sacramenta administrando; visitandō carceres, Xenodochia, & alios infirmos, curando eos, vt piē moriantur, & alia similia præstando. Cū enim Religio sit corpus quoddam mysticum, varia habens membra, sicut corpus ipsum humanum: potest varia ministeria ita exercere, vt vnum non impediatur alterum facit enim ea per varios suos Religiosos; tribuens vnicuique regulas præclaras, ad benè fungendum suis officijs. Ex quo fiet, vt totum corpus sit valde perfectum cuius partes aded sunt perfectæ in ea perfectione, quam cuiusque officium requirit. Nec propterea, qui ad aliquam religionem vocantur, etiam minùs perfectam; vocationem suam negligere debent: cū enim D. N. omnibus religionibus prospiciat de subiectis & personis; sciatq; quid vnicuique magis expediat: illa religio cuique est eligenda, ad quam Dei vocatio deducit, vt apparebit ex ijs, quæ postea dicemus.

## CAPVT IX.

MIRABILIS ET STVPENDVS MODVS quo Deus D. N. erigit Religionis, tribuens Fundatoribus eminenter spiritum & perfectionem illam, quam in suis Regulis descriperunt; & hac ratione alios inuitans ad eosdem sequendos.



QVEMADMODVM Christus D. N. ædificauit domum & ciuitatem Ecclesie suæ super duodecim fundamenta, siue preciosissimos lapides fundamentales, qui (vt ait S. Ioannes) sunt duodecim Apostoli, inter quos alijs præluxit S. Petrus, tanquā caput & b. petra præcipua fundamentalis, super quam ipse Christus suam fundauit Ecclesiam. Per quos oēs in virtute c. summi lapidis angularis qui est ipsemet Christus, creuit (vt ait Apostolus) corpus hoc mysticū, & progressum est hoc ædificiū Conuersione innumerebilium hominum, qui eius doctrinā sulceperunt: ita etiam ipse Saluator: qui præcipuus est fundator & fundamentum omnium religionum, cū recens vult aliquam erigere, vt plurimum eam ædificat supra paucos aliquos viros, magni spiritus & excellentis sanctitatis: quorū vnum aliquem eligit tanquā præcipuū, & caput reliquorū. Quemadmodū fecit in religione Carthusianorum, quā fundauit super S. Brunum, & lex eius socios; & Minorū super S. Franciscum & alios duodecim; & societatem Iesū super Patrem nostrum S. Ignatium, & nouem eius socios. Cui præcipuo fundatori eminentiùs inprimit spiritum, sanctitatem, & perfectionem

propriam

a Apo. 21. 14

b Mat. 6. 18.

c Eph. 2. 20.



Quomodo Religio  
crescat.

1 Esth. 10. 6

propriam Instituti, quod debet profiteri: ita ut eius vita sit institutum quodam viuum, viuaque Regula ad exemplar aliorum; cui etiam inspirat, vultum Institutum eiusque constitutiones, & Regulas conscribat, & sic alii inuiter, qui ipsum sequantur, aut comitentur, sequendo ipsum Christum, eam formam viuendi. Et hac ratione crescit Religio; adeoque alte ascendit, ut liceat de ea dicere, quod est scriptum de Esther: *a paruulo fons exiit in iudaeam, & in lucem solemq; conuersus est, & in aquas plurimas redidit.* Et casus fons aded paruus erat, atque fuit Religio S. Francisci, & S. Dominici, & Societatis Iesuy in suis initijs: huc tamen fonticulus breui tempore creuit in flumen plurimarum aquarum, rigans totum ferme orbem terrarum: nam in varijs prouincijs, & ciuitatibus plurimi Conuentus sunt conditi, cum ingenti numero Religiosorum Sanctorum ac Sapientum, qui exemplo & doctrina sua pastum & potum spiritualem praebeant fidelibus; & tanquam si illos illuminant, & accendunt, & influentias communicant vitae aeternae. Hic paruulus fuit vnusquisque horum Sanctorum fundatorum, quia ipsi in oculis se paruulos iudicabant; & in illis initijs ab alijs contemnebantur: postea Dominus tanta eos sapientia & sanctitate repleuit, ut singuli eorum fuerint, sint, & futuri sint fluius, lux, & sol totius suae Religionis. Nam si exemplari sua vita, & admirandis constitutionibus ac Regulis, quas composuit, (quod tamen totum copiose à Domino nostro acceperat) irrigat, illuminat, viuificat, seruoremque suis Religiosis impertit, & suam Religionem crescere, ac per varias orbis partes dilatari facit.

§. I.

1.  
2 Ezecl. 29  
& c. 31.

**M**ODVM, quo Deus D. N. in his omnibus progreditur, explicare licet per ea, quae Ezechiel Propheta de se ipso refert: *vidis, inquit, & a manu missa ad me è caelo, in qua erat involutus liber: & expandis illum coram me, & dixit ad me: fili hominis comede volumen istud, & vadens loquere ad filium Israel. Et dixit ad me: venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto quod ego do tibi: & comedis illud: & factus est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me: fili hominis, vade ad domum Israel, & loqueris verba mea ad eos. Hic modum possumus intelligere, fundatorem cuiusque Religionis esse hunc filium hominis, quem appellamus hoc nomine, ut hinc tanquam filius Adam imbecillitatem suam agnoscat; inde verò celsitudinem suae vocationis imitandum scilicet verbum diuinum incarnatum, qui se ipsum, etiam si filius Dei, appellat tamen filium hominis. Manus, quae venit è caelo, est inspiratio, & Illustratio spiritus Sancti, qui in manu sua portat librum quem in quo sunt Regulae propriae Instituti eius. Inspirata autem, eiq; explicat verba, & exercitia & ministeria, quae profiteri debet. Et voce efficitur*

hujus-



huiusmodi vocationis, ei dicit: fili hominis, accipe de manu mea volumen istud, & comede vsque ad satietatem. & viscera tua, omnes scilicet potentiae interiores, memoria, intellectus, voluntas, & appetitus impleantur veritatibus & virtutibus, quae in illo continentur, cum omni plenitudine, quam exigit professio, ad quam tendis. Comede, & immitte in cor tuum modum hunc paupertatis & obedientiae; & reliqua Exercitia, quae tibi ostendo. Postquam autem totum comederis, tibi que vt proprium & familiare reddideris: vade per provincias & loca Ecclesiae meae, & praedica eas fidelibus, & communica ijs, quos ego elegero, vt me tecum sequantur. Inspirationi & vocationi huic paruerunt Sancti Patriarchae, & fundatores, & quisque suum comedit librum, & eminenter exsequutus est, quae sui erant Instituti, in Exemplum totius mundi: tribuentes sibi honori, quod suum Ducem & Magistrum imitarentur, *b qui prius capit facere, quam docere*: cuius amore volumen illud factum est in ore eorum sicut mel dulce: maxima enim sua oblectatione modicum hunc vite sunt amplexi, dicentes cum Dauide: *c quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo*: & eadem cum maxima mea iucunditate alijs praedico, vt audiendis & amplectendis delectentur. Cum hac illi animi voluptate librum conscripserunt suarum Constitutionum & Regularum, excipientes illa ex propria experientia & virtutibus, quas Deus in ipsorum cordibus scripsit. Quas cum scriptas haberet, libro illo inuitabatur habentes appetitum & propensionem ad ipsos sequendos, dicentes eis: filij hominis accipite volumen istud, & comedite; amplectimini hoc Institutum, & in illo pergitte, *d imitatores mei estote, sicut ego filium hominis IESVM Christum imitatus sum* in hac vite ratione, quam ipse mihi inspirauit.

S E D melius adhuc rem hanc declarabimus alia re simili, quae euenit S. Iohanni Euangelistae, cum vidisset Angelum fortem descendentem de caelo, & habentem in manu sua libellum apertum, e *Andini*, inquit, *vocem de caelo loquentem mecum, & dicentem: vade, & accipe librum apertum de manu Angelus*. *Et abiit ad Angelum dicens ei, vt daret mihi librum, & dixit mihi: accipe librum, & denota illum. & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel*. *Et dixit mihi oportet te, prophetare gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis*. Referebat hic Angelus (vt ait Beda, & supra est insinuatum) Christum Seruatorem nostrum, in cuius manu est liber Legis Evangelicae, & perfectionis, quam proficetur qualibet Religio Non enim solum infinita sua Sapientia eam comprehendit, sed eminentissimè illam habet in sacratissima sua anima expressam, cum potestate eam cui voluerit communicandi. Sed vox caelestis, quae est diuina vocatio, loquitur ad cor eius, quem Deus in Fundatorem Religionis elegit; ei que dicit: vade ad hunc magni consilij Angelum, & pete ab eo perfectionis librum, quem in manu sua habet, supplex orans, vt

Verba  
Christi al-  
loquentis  
Fundatores  
Religionum.

b *Act. 1. 1.*

c *Pf. 118. 103*

d *1. Cor. 11. 1*

2.

e *Apo. 10. 8*

Cap. 5.



eum tibi det apertum:aperiens scilicet tibi, quidquid facti opus est, ut perfectus euadas in ea vitæ ratione, qua ipse vult obsequium suum & gloriam te promoueri. Et hic Dominus, qui nihil aliud cupit, respondet ei, ipso potius opere, quam verbis: *accipe librum, & deuora illum*, & immitte intra te ipsum; ut statim incipias prophetare, & alios excitare ad hunc vitæ modum propheticum & cælestem, communicando illum omnibus nationibus personis, quæ acceptare voluerint. Sed attēde, quod licet *in ore tuo futurum dulce, sicut mel; faciet tamen amaricari ventrem tuum*, cum erit digerendum. Nam licet dulce sit ac iucundum, Dei illustrationes recipere & veritatem virtutes supernaturales cognoscere, ac de eisdem coram hominibus loqui, ut ad perfectionem sectandam perueniantur; omnium tamen horum exequutio magnas secum adfert amaritudines, eò quod multe sint persequutiones ac tentationes Dæmonum, seculariū, & falsorum fratrum contra te. Non tamen propterea abijciendus est animus, siquidem liber tibi ad hoc traditus, ut eum promulges ad gloriam Dei, & bonum Ecclesiæ eius. His omnia experti sunt Sanctus Benedictus, & Sanctus Franciscus, & sanctus Pater Sanctus Ignatius, & alij Patriarchæ: qui in suarum Religionum foundationibus, & earum Regularis conscribendis, graues difficultates & labores sustinuerunt. Sed idem Dominus, qui illos vocauit, librumque eis dedit, auxilio eis fuit ad eum promulgandum, & homines adducendos, qui illum ceperent, non obstantibus tot mundi huius contradictionibus. quod ipsi fundatores duplici via præstiterunt: tū vita sua exemplari, & quodammodo prodigiosa, quæ mundum rapiebat in admirationem, & ad imitationem quodammodo impellebat; tum efficacia suarum rationum, concurrente ipso Domino nostro cum illorum verbis & rationibus, ad multorum hominum voluntates permouendas, & ad ipsos fundatores imitandos alliciendas.

QUADROPTER dicere licet, Angelum illum quem S. Ioannes vidit habentem in manu sua librum, esse nuncium & legatum ipsius Christi, & imaginem quandam quasi ad vivum cuiusque Fundatoris Religionum: in cuius manu Christus D.N. librum suarum Regularum posuit, ut omnibus tradideretur, quos ipsemet Dominus ad id vocaret & eligeret, per vocem illam cælestem, diuinam scilicet inspirationem. Non enim aliud est vocatio ad Religiosum Statum, quam vox quædam, quæ auditur in corde hominum, & illis dicens: vade ad Angelum, & pete ab eo librum, quem habet in manu sua: hoc est, vade ad Sanctum Franciscum, aut S. Dominicum, aut S. Ignatium, & ad eos, qui eorum locum tenent in terra, & pete ab eis, admitti te in ipsorum Religionem, darique tibi librum Regularum & Constitutionum apertum, beneque explicatum, ut eo vorato, & ad cor tuum transmissio potius in anima tua exprimere virtutes in ea perfectione, quæ in eis con-

Dulcia  
non sunt  
amaris.



nerur. Et quemadmodum Sanctus Ioannes statim paruit cœlesti voci, accessitque ad Angelum, & petijt librum, & accepit: ita qui vocantur efficaci Dei vocatione, audiunt diuinum eius impulsus, & statim accedunt. vt admittant in Religionem procurent; neque à petendo desistunt, donec Regulatum librum accipiant; & serid se offerant ad eum vorandum, & in sua vice- tra transmittendum. Sed aduertant tamen, quòd initio, durante sensibili di- uinæ vocationis feruore, dulce sit quali mel acceptare & amplecti quidquid iustitiam illud continet, ita vt videatur ipsis suavis valde, ac incunda obe- dientiæ, amabilis paupertas, dulcis Castitas, & valde grata ipsa subiectio, & sui ipsorum abnegatio, vt ita imitentur ipsum Seruatorem: at progressu tē- poris, cum manus operi admouetur, gustusque ille sensibilis deficit, qui, dum liber erat recens, feruebat; incipiunt aliquæ amaritudines lentiri, quæ interiora spiritus vexant ob resistantiam & rebellionem ipsius carnis. Qui autem strenuè & fortiter perseverat, sentit crescere spiritus calorem & fer- uorem, & igne diuiniamoris accendi, quo totus liber facillè digeritur, eiul- que amaritudo conuertitur in dulcedinem, ita vt valde sit iucundus ac sua- us per reliquum vitæ tempus.

## §. 2.

QVĪD AVTEM mirum est, tantam hominum multitudinem confluere ad quamcunq; Religionem recens fundatam, cum vox Dei mittatur per Angelum quendam adeo admirabilem, qualè ipse S. Ioannes nobis depingit, cum sex stupendis proprietatibus: ait enim *a cum amictum fuisse nu- be & iridem habuisse in capite, faciem fuisse vt solem, pedes tanquam columnas ignis, & vocem eius tanquam leonis rugientis, & in manu sua habuisse libellum apertum.* Quid autem hoc totū est aliud, quàm effigies quædam, valde apra status Religiosi, cuiusq; Fundatoris, & cuiuscunq; exemplaris viri eū profitentis; qui in vita sua est tanquam Angelus ob eiusmodi Professionis celsitudinem. Nubes enim, quæ est amictus est ipsa puritas: quæ oritur ex renunciatione rerum omnium terrenarum. Quemadmodum enim nubes sunt vapores subtilis, è terra eleuati, & ab ea fugientes in altum ascendentes. Ita perfectus Religio- sus mundum fugit; & res omnes, quas in terra possidebat, deserens, eleuat se super se, ad quarendas res cœlestes. Hæc igitur renunciatio est eius amictus, & ornatus; & eodem tegit spiritum suum, quamuis corpus appareat nudū. Cœlestis Iris tricolor, quam in capite habet, refert perfectam reconciliatio- nem & amicitiam cū Deo, ortā ex tribus votis Castitatis, Paupertatis & Obedi- entie; quemadmodū enim s. b. *Arcus ille fuit signū pacis & fœderis, quod Dominus iniit cū Noë, quod nō essent futura ultra aque diluuii ad delendum vniuersā car- nem:* ita tria vota, signa sunt perfectæ amicitie & fœderis, quod iniit Domi- nus noster cum Religioso, & pignus, quòd non mergetur diluuiio peccato-

3.

a Apo. 10. 1.

1.

2.

Iris quid  
denotet.  
b Gen. 9. 13.



c Ps. 102. 4.

rum, & calamitatum, quibus mundus inundat, sed e coronabitur (vt ait) *in misericordia & miserationibus*, modò ipse ed' ta uora, integrè seruat, calcans ea super caput suum tanquam rem maximè charam, & quam plurè ciat, quàm cetera omnia, quæ sunt in terra.

3.

d Luc. 9. 29.

Mat. 17. 2.

FACIES sicut Sol, significat splendorem sanctitatis, & feruorem in omnibus virtutibus, speciatim in eis, quæ ad contemplatiuam vitam pertinent agendo familiariter cum Deo D. N. in oratione & contemplatione: hinc enim prouenit lumen diuinarum illustrationum, quæ spiritum transformant in similitudinem diuinã. Nam quemadmodum Christus D. N. d' dem uera transfiguratus est, & resplenduit facies eius sicut Sol: ita Religiosi, oratione, & profitentur: obtinent felicem transfigurationem, splendentes sicut ipsi heroiæ uitæ suæ exemplis.

4.

HINC prouenit, ut pedes sint sicut columnæ ignis: nam gressus quibus pergunt in Exercitijs uitæ actiuæ, & in operibus misericordiæ corporali & spiritualibus, sunt gressus fortes, constantes, & amore Dei, zeloq; repara di proximorum necessitates, iuxta sua Instituta accensi: nec deficientes in iustmodi operibus propter labores ac defatigationes, quæ in eis tolerantur. Et quemadmodum idem Angelus *pedem suum dextrum habebat super mare, & sinistram autem super terram*, ut ostenderet, se omnia complecti: ita chara perfectorum Religiosorum, præcipuè eorū, qui uitam mixtam perfecti præferunt, complectitur omnes homines, cupiens omnibus benefacere: igne diuini amoris inflammare pergentes per uniuersam terram, & nauigantes per omnia maria, ut hunc ignem projiciant in omnes peccatores; subuenientes maiori cura & feruore, maximè indigentibus ac desertis: ac propterea dextrum pedem ponunt super mare, quod significat peccatores magis turbatos & inquietos, qui instar furiosi maris feruent in suis passionibus & improbitatibus, cuiusmodi sunt hæretici & gentiles: ad quorum conuersionem magna uelocitate ita accurrunt: ut non negligant ponere sinistram pedem super terram; attendentes etiam adiuuandis reliquis fidelibus in solida existentiis hoc est fundatis & innitentibus ueræ fidei; sed indigentibus etiam subsidio, ut charitatis igne inflammentur.

5.

Tim. 1. 15.

Ac propterea uox Angeli illius est tanquam *rugitus leonis*: nam inter sensu, quo afficiuntur propter Deum offensum, & iacturam animarum, prædicant magna uis & ingenti fortitudine incutientes hominibus timorè, propositis minis iræ Dei, Mortis, Iudicij, & Inferni: ut peccata deserentes, recipiant se ad misericordiam diuinam, ut eorum impetrent ueniam: ad quam inuitat, & allicit eos signis arcus illius, siue Iridis, quam ipsi gestant super caput suum, constituentes se ipsos sæpè tanquam exemplum, quemadmodum faciebat S. Apostolus.

D. N. P.



6.  
DENIQUE habent illi in manu sua *librum* continentem ea, quæ alijs proponunt, manifestant enim omnibus hominibus librum Euangelicæ legis, ita tamen ut ipsi primi manum operi admouerint, ut nō solū verbo, sed exemplo etiam illos permoueant: tunc enim vox erit tanquam rugitus leonis, fortis, & utilis; quando simul liber legis ita est in manu, ut qui loquitur, etiā operetur; & qui prædicat, etiam exequatur. Sed habent etiam in manu proprium sui Institutum librum, prædicantes illum omnibus aptis ad ipsos sequendos, vocantes & iuuuantes eos, ut illum acceptent & amplectantur.

Quid igitur mirum, si multi audiant & sequantur hanc vocationem; quæ non hominis est, sed Angeli nomine Dei loquentis? quis nō admiretur, permoueatur, & afficiatur ex amictu illo nubis, ex corona, pulcherrimi illius arcus cælestis, & splendore faciei tanquam Solis ex fortitudine pedum tanquam columnarum ignis? quem non terreat & pauere faciat vox, tanquam rugitus leonis? quem non alliciat manus tali libro exornata? & quomodo talia exempla cum verbis huiusmodi non sufficient ad commutanda corda? consueuimus oculos in historias præcipuarum Religionum Ecclesiæ, & inuenimus, eas hac via excreuisse, adferentes ingentem stuporem excellentiæ, & præstantiæ vitæ ac doctrinæ suæ, ut postea videbimus.

## CAPVT X.

ADMIRANDVM; CENTVPLI PRÆMIUM Religioso Statui, ad eius conseruationem & augmentum, annexum: & quanta bona illud complectatur.



VM DEO D. N. nota sit hominum natura & propensio, qua valde mouetur & allicitur ad laborem, ob mercedem & spem ingentis præmij: non satis habuit, quod Religionis domum, variolq; eius ordines fundauerit cum ea amplitudine & splendore, quem diximus: Sed cupiens eius conseruationem & augmentum, & plurimos esse, qui afficerentur ad habitandum in ea, & viuendum absq; periculo ab ea recedendi: in vtrumq; hunc finem fecit in suo Euangelio insignem quandam promissionem ijs omnibus, qui propter ipsum renunciarent omnibus quæ haberent, ipsumq; in Perfectione sequerentur, quemadmodum Apostoli fecerant. Ac propterea admirabili sua prouidentia sciens, renunciationem omnium personarum & rerum huius mundi, & oblationem, perpetuamq; votorum ac legum Religiosarum obseruantiam, esse vere crucem, iugum, & onus ex se valde graue; imò additamentum grauis oneris super crucem communem vitæ Christianæ: voluit aliquid pro-

Promissio  
Dei facta  
relinquen-  
tibus om-  
nia propter  
eum,



a Matt. 11. 9

b Ma. 19. 29

Mar. 10. 9

Luc. 18. 9

Tuba Chri.

sti.

In Declam.  
super hæc  
verba.

c Psal. 116. 4.

d Ezech. 41

19.

e Prov. 3. 16.

mittere, quod quasi in promptu datum, iugum ipsum multum alleviatum in omnibus statibus verum esset, quod aliàs dixerat, *a tollite iugum meum per vos, & inuenietis requiem animabus vestris; iugum enim meum suave est, & leue.* Promissionem illam ita referunt tres Euangelistæ: *b amaro co vobis, nemo est, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, & propter Evangelium, qui non accipiat centes tantum, nunc in tempore hoc, & in seculo futuro vitam æternam.* Hæc promissio est suavissima, & iucundissima tuba, quâ Christus Dominus homines vocat ad Religionem: cuius exsequutione pacatos & contentos retinet omnes in ea habitantes. Propter hanc promissionem (ait S. Bernardus) Ecclesiam clamare ad immortalem suum sponsum, ac dicere: *c propter verba laborum tuorum ego custodivi vias duras.* Hæc, inquam, verba sunt, quæ persuadent hominibus contemptum huius mundi, & paupertatem voluntariam. Hæc implent claustra Religiosis, deserta Monachis, & Anachoretis: hæc Ægyptum spoliant, & preciosissima quæque monilia eius auferunt. Hoc est verbum viuum & efficax, quod conuertit animas, & ad felicitatem veræ sanctitatis æmulationem prouocat: quia innititur fideli promissioni tantipremij. Quam promissionem infallibiliter implebit, qui eam annuntiat: quia est infinite verax, & potens: ideoque citius cælum & terram transibunt, quam vel iota vnum, aut vnus apex desit eius promissioni. In qua duplex expressè promittit præmium: alterum futurum in æternâ vita; alterum præsens, quod vocat centuplum, siue pro vno centum. Cuius enim bene nouerit, plurimum nos ad laborem excitari spe præmij præsentis: non satis esse existimauit, quod promitteret nobis in vita futura præmia, nisi etiam promitteret huius vitæ. Anima enim nostra duplicem habet statum: alteram in corpore mortali, & passibili; alteram post mortem, quia ipsa est æterna. In primo arat, & seminat, laborat, pugnat, vincit; altero colligit omnem suorum laborum fructum, & coronam recipit præmij suarum victoriarum. Sed ne spiritus & corpus in laboribus præsentibus deficeret: opus erat, aliquos etiam fructus præsentis colligere. Et hæc hic sæpius consequantur victorias: par erat, etiam his aliquas recipere coronas & præmia, quibus animarentur ad progrediendum feliciter in vitam æternam. quâ obrem in templo, quod vidit Ezechiel, depicti erant in throno Cherubini habentes duas facies: faciem scilicet hominis, & faciem leonis; & palmam vnâ iuxta faciem hominis, & palmam alterâ iuxta faciem leonis, ut intelligeremus: tam spiritum quàm corpus receptorum duas palmas, vnâ in æternâ vita, significatâ per manum dexteram; alteram in hac, significatâ per sinistram. Nam (vt Salomon dixit) *e Sapientia diuina, vt nos ad ipsam sequendam inuitaret; habet in sinistra diuitias & gloriâ, quas nobis distribuat; in dextera*



et æra verò habet longitudo dierum non solum temporalium, sed æterno-  
rum. Quemadmodum Apostolus expressit, dicens suo discipulo Thimo-  
theo: *exerce te ipsum ad pietatem, quæ ad omnia utilis est, promissionem habens*  
*vita, quæ nunc est, & futura, &ans unicuique id, quo opus habet ad suam felici-*  
*tatem.* Quemadmodum enim Reges & magni Principes, præter magnum  
stipendium, quod suis Aulicis dant in fine anni; dant quoque ordinariam  
quotidie portionem, quâ vitam sustentent; quæ iuxta famuli qualitatem aut  
officij dignitatem, & amplitudinem Domini, cui ille seruit, augetur, nam &  
merces & ordinaria sustentatio apud Reges esse solent valdè splendida: ita  
etiam Rex cœlestis Religiosis, qui tanquam fideles serui, res omnes suas de-  
seruent, vt expeditius illi seruirent, dat ingens stipendium in fine vite,  
hoc est, regnum æternum: pro ordinaria autem & quotidiana sustentatione  
tantam largitur donorum abundantiam, vt centuplo sit maior, quàm quod  
ipso pro eius seruitio præstant.

1 Tim. 4. 8.

Regis ter-  
reni cū cœ-  
lesti com-  
paratio.

§. 1. Centuplum illud complectitur omnium bonorum plenitudinem.

VT Huius præmij magnitudo meliùs intelligatur, supponendum  
est, Deum D. N. cum ad eod sit diues, honori sibi tribuere, quod seruos  
suos omni bonorum genere locupletet: quorum quædam sunt stabilia, alia  
mobilia; quædam, quæ dicuntur iuris perpetui, alia iuris tantum ad vitam.  
Gratia & charitas cum reliquis virtutibus; & Spiritus sancti dona, eorum-  
que augmenta & merita censentur bona stabilia, iuris quæ perpetui: eo enim  
desiderio ea tribuit Dominus, vt verè radices mittant in ipsam animam, in  
qua perpetuò durent, vsque ad ipsum cælum, vbi erunt æterna cum excessu  
incomparabili. Deuotio autem sensibilis, lachrymarum teneritas, alique  
dulces affectus, fauores, & gratiæ gratis datæ sunt instar bonorum mobili-  
um, quæ tribuit Dominus, & auferit, quando ipsi placet, in maius Electo-  
rum suorum commodum. Bona etiam corporis sunt mobilia, multis quæ  
mutationibus lubiecta: ac propterea censentur iura per vitam, quia cum ea  
finitur: quamuis ad eam cū solatio conseruandam, sint necessaria. Ex om-  
nibus his bonorum generibus componitur illud centuplum Religiosis  
promissum. Numerus eorum centenarius, (qui est numerus perfectionis) si-  
gnificat (vt ait S. Augustinus) coniunctionem quandam omnium bono-  
rum, quæ cor humanum desiderare potest, vt felix sit ac beatum, eo mo-  
do, quo hic esse potest. Et quoniam hæc bona sunt multa; possemus ea faci-  
liori memoriæ causa ad septem præclarissima illa reducere, quæ Christus  
D. N. misit nos petere in precatione Dominica,

Epi. 89. 94

Matt. 6. 9.

PRIMUM bonum est SANCTITAS vitæ in ea Excellentia, vt per eam  
Dei nomen sanctificetur, cognoscatur, laudetur, & honoretur inter homi-  
nes.

nes.



nes. *Secundum* est REGNUM DEI, quo regnat solus in nostris animabus. Iustitia, pace, & gaudio in Spiritu S. & cum pignore, & spe Regnum eternum obtinendi, & quod sumus ex felici numero predestinatorum. *Tertium* est Perfecta VOLUNTATIS nostrae cum diuina CONFORMITAS, in omni re qua ipse constituit: eam exequentes in terra cum illa promptitudine & sinceritate, qua impletur in caelo. *Quartum* est PANIS, & quotidianum alimentum cum spirituali refectioe, quem conferunt Sacramenta, Efficacia Orationis ac deuotionis, & consolationes diuinae. & PANIS etiam medicinalis ad corporis alimentum in eo gradu, qui ad animae bonum expedit. *Quintum* est Plenaria REMISSIO praecedentium peccatorum, & facilitas in imperpetua venia praesentium. *Sextum* est Victoria TENTATIONVM Daemonis, Mundi & Carnis cum copiosis auxilijs ad triumphum de his hostibus reportatum. *Septimum* est PRESERVATIO malorum temporalium, quae suffocant meritum; & aeternorum alterius vitae cum certa spe, quod non sumus futuri in felici numero damnatorum. His septem praemijs satis bene completum est centuplum; & perfectus Religiosus satis bene remuneratur.

In Mat. 19.

Ex quo ante omnia deducitur, hoc praemium Centupli non fieri potest in bonis temporalibus, sed in spiritualibus: quae (teste S. Hieronymo) tantum illa excedunt, quantum numerus centenarius excedit unitatem. Deus enim Deum honorem suum reputat, quod filios suos vili adeo praemio remuneret, qualia sunt bona terrena; nec huiusmodi solutio apte respondet occasione & fini ipsius promissionis. Si enim Christus D. N. optabat, ut discipulos deserere omnia bona terrena, ad quod illa magno essent impedito sibi seruiendi cum perfectione, quid aliud fuisset dare illis Centuplum, plus quam relinquerent, nisi addere Centuplum plus impeditum, quam antea haberent? non deserunt Sancti (ait S. Gregorius) terrenas, ut easdem in hoc mundo recipiant multiplicatas. Qui enim terrenas deserit cum desiderio terreno; non eas deserit, sed querere censendum est. Nihilominus tamen Saluator noster in hoc ipso suam liberalitatem erga Religiosos ostendit: reddens illis pro aliquibus rebus: quas deseruerunt centuplum in eodem genere; ea tamen ratione, ut id ipsis non nocere, sed prodesse possit, quemadmodum pulchre Cassianus perpendit, dicens: Religiosum pro vna domo aut agro, quae deserit, plus quam centum recipere: omnes siquidem domus, & agrus illius Religionis sunt ipsius; non quo ad Dominum, nam quod illud habet exiguum ei commodum adferret; possetque plurimum nocere; sed quo ad vsum reparandas eius necessitates. Quod si Religio non habeat annuos Reditus, non habet certe eleemosynas, quae non minoris sunt, quam si agros haberet, ut sic reddat ei Dominus centuplum, quam reliquerit. Impletur. n. in Religioso. quod dixit Apostolus. nihil habentes & omnia possidentes; & illud Sap. viro fideli totus mundus eius datus

Hom. 18 in Ezechiel.

Collat. vlti Cap. vltimo

2. Cor. 6. 10. Prou. 13. 11. xia Lxx.





Et eodem modo, qui relinquit Patrem, aut tres fratres in saeculo, inuenit in Religione multa hominum centenaria, qui exhibet ipsi officium Parentum, aut fratrum, multo exactius & perfectius, quam carnales, quos reliquerat. Quod aperte significauit Saluator cum, dicens, discipulos suos accepturos centies tantum, nunc in hoc tempore, adiecit: *b domus, & fratres. & sorores, & matres, & filios, & agros.*

QVOD si liceat (ait Cassianus) aliquid addere ijs, quæ dixit Saluator: etiam pro vno amico accipiunt Religiosi centum; & pro vno famulo etiam centum: omnes enim amici, & famuli Religionis, sunt ipsius. Immo quod pluris apud homines sit, pro paruo aliquo honore, quem reliquerunt in mundo, recipiunt centies maiorem, etiam non quærentes illum; & qui in mundo erant inferioris conditionis, eò ascendunt, vt ab ipais Principibus in honore habeantur: nam & illos consulunt, & suspiciunt, ac reuerentur tanquam Angelos aut sicut ipsum Christum. Quemadmodum S. Basil perpendit, & post eum S. Ambr. qui id confirmat exemplo Moysis, qui potuit esse Rex Egypti, & alter Pharaon in eius regno: *c maiores tamen* (vt ait Apostolus) *dimitis est imans thesuros Egyptiorum, improprium Christi, & contemnens terrenam potentiam, euasit multo potentior: factus non solum Rex, sed etiam d Deus Pharaonis, quem Pharaon timeret ac reuereretur.* Quæ ratione Deus illi maiorem attulit honorem, quam si domi suæ mansisset. Hæc pars est mercedis, & præmij, quam Christus D.N. dat seruis suis tanquam quid adiectitium: vt deponentes Religiosi huiusmodi rerum temporalium sollicitudinem, omnem suam curam ponant in quærendis æternis.

*b Mar. 10-30.*

*Prologo in Asceticæ serm. 8. sup Psal. 118. c Heb. 11. 26*

*d Exod. 7. 10. Moyses Deus Pharaonis.*

§. 2. *Promissum centuplum esse Regnum Dei cum Iustitia, Pace & Gaudio in Spiritu Sancto.*

CUM CENTVPLVM illud promissum sit in bonis spiritualibus cum ea plenitudine, quæ decet magnificum ad eò largitorem, & pro obsequijs ad eò insignibus, quæ præstant Religiosi: quid aliud illud erit, nisi *a Regnum Dei, de quo S. Apostolus dixit, quod sit Iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto:* in cuius possessione beatitudo consistit huius vitæ. Nam liberalissimus Deus D. N. qui est ipsamet beatitudo per essentiam, eam promittit suis electis in vtroque saeculo: in futuro quidem in tota sua plenitudine, firmitate, & magnitudine; in præsentem autem tradit eius aliquam partem, quasi principium futuræ: cuius sunt participes cum maiori excellentia, qui propter ipsum Deum rebus omnibus renunciant. Illis enim competit prima octo beatitudinum: *b Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est Regnum caelorum.* Non dixit: ERIT, sed EST vt intelligant, quod qui se propter Christum pauperes faciunt, statim incipiunt regnum

*a Rom. 14. 17*

*b Mat. 5. 3*



illud possidere; sibi que persuadeant: cum renuntiant rebus omnibus, se  
 amittere illas, sed commutare pro eo Regno, quod valet centies, imò cen-  
 ties millies plus; quam illa valebant: neque hanc commutationem  
 solum pro Regno obtinendo in altera vita; sed pro eo, quo statim incipit  
 fini cum perfecta sanctitate & iustitia, cum immensa pace, & gaudio Spi-  
 ritus Sancti quod illam comitatur. Sanctitas perfecta (vt Sanctus Geo-  
 gorius ait) est prima pars huius centupli: sementis enim verbi Dei, qui  
 in aliquibus e fructum profert *trigesimum*, aut *sexagesimum*: in insigni-  
 sanctis & iustis profert fructum *centuplum*. Et hos, ait Theophylactus, est  
 Religiosos, viuentes cum perfectione, quam status illorum exigit, sed pa-  
 & lætitia spiritualis (vt ait Cassianus & alij SS Patres) est proprium munus  
 & pecunia, in qua fit ista solutio: reddente Domino nostro centum pro  
 no, hoc est tantam gaudij abundantiam ob reiectas res omnes, vt excentis  
 centies gaudium, quod ex earundem possessione habuissimus, est enim  
 gaudium Spiritus sancti, in quo eminenter continentur gaudia & solaci-  
 rerum omnium. Quapropter iure optimo (vt ait Richardus de S. Victore)  
 assimilatur d *manna abscondito*, quod promittitur vincenti: quemadmodum  
 enim e *manna*, etiamsi vnicus esset cibus, *omne tamen delectamentum*, & *om-  
 nis saporis suauitatem in se habebat* iuxta palatum & voluntatem iustorum  
 qui illo vescerantur; ita vt non habentes panem, gustantes tamen ipsius  
 manna, saporem percipiebant panis; nec habentes carnes, nec pisces, aut  
 fructus alios: omnium tamen horum saporem, sumpto manna percipie-  
 bant. Deus enim eum ibi absconderat cum maiori dulcedine, & inauitatis  
 quam in ipsismet rebus. Ita etiam Euangelica perfectio secum adfert  
 ritualem quandam lætitiã, complectentem in se lætitiã & suauitatem  
 bonorum temporalium, cum excessu inenarrabili: ita vt non habentes  
 uitias, idem tamen gaudium sentiamus, atque si illas possideremus; & re-  
 iectis honoribus ac dignitatibus sæculi, non careamus lætitiã, quam in  
 habere potuissimus; & non habentes sensuales carnis voluptates, fruimur  
 voluptatibus spiritus, quæ ipsammet carnem etiam afficiunt. Idque totum  
 cum tanto excessu, vt (quemadmodum ait Sanctus Basilus) centies sumus  
 lætiores & hilariiores cum nostra paupertate, quam diuites cum suis di-  
 tijs, & magis quieti ac pacati cum nostra vilitate, & abiectiõne, quam  
 magni & excelsi cum sua amplitudine; & magis iucundi cum nostra Casti-  
 tate, quam sint coniugati cum sua sensualitate; & magis contenti cum pau-  
 pere mensa, & amictu reiecto, & cum ipsismet corporis doloribus, quam  
 splendidi in sæculo manentes cum abundantia ac delitijs suorum ciborum  
 ac vestium. Et vt hac de re securi essemus, adiecit CHRISTVS Dominus  
 noster, apud Sanctum Marcum; se daturum illud centuplum scum perfectio-

Hamil. 10.  
 in Ezech.  
 c. Matt. 13, 8

Cellat. 24.  
 cap. vltim.

d Apoc. 2. 17

c Sap. 19. 20

De Instit.  
 tis Monasti-  
 cis cap. 7.



inimicus, hoc est, in ipsis persecutionibus: in quibus tanto nos esset affectus gaudio, ut id ipsum, quod horret caro, sit pars quædam illius centupli, quod nunc & in tempore hoc promittitur spiritui. Quam ob rem dixit David: *g. meliorem esse diem unam in atris Dei, super decem millia extra illam.* Quod si dies vna valet pro millibus: qui mundum deserit pro domo Dei, non solum centum, sed mille pro vno accipiet, nec amittit. (ait Sanctus Bernardus) bona, quæ deseruit, sed illa transfert ex carne ad spiritum; & commutat vnum pro centum, & centum pro multis millibus.

SED ampliozem excellentiam deprehendemus in hoc præmio, si respiciamus infinitam liberalitatem Regis, cuius est supremum hoc Regnum. Liceat mihi, ô Rex æternæ, aliquid interrogare circa hanc promissionem, à te nobis factam. Si renuntianti ex amore tui parentibus, fratribus, & alijs suis facultatibus centuplum tribuis: quantum daturus es deserenti seipsum: cum hoc sit summum, quod potest deserere? si tantum offers deserenti externa, quid offers deserenti propriam voluntatem, & omnes affectus, & propensiones internas? nam si graue est & molestum possessiones suas delerere: multò grauius est, delerere seipsum, cum sit eadè Dominus; & si aliquid esse censetur, quod quis abneget quod habet; multò grauius erit abnegare quod est. Cum igitur pauca relinquenti centuplum reddas, quid facies multa deserenti, sine quibus illa pauca parui facis, aut contemnis? Videor mihi audire diuinum responsum, dicens: *h. qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis,* & iuxta ea, quæ reliqueris, erit centuplum quod recipies. Nam cum parcis sum parcus; cum liberalibus liberalis; & cum profusis profusus: quod si mei amore te ipsum deserueris; ego me ipsum tibi dabo; ego ipse ero centuplum, quod reddam pro ijs quæ reliquisti. Si deserueris quidquid es, & quidquid habes, nihil quod tuum sit, tibi retinendo: ego tibi dabo quod sum, & quod habeo: ita vt nulla sit res mea, quæ non fruaris: omnia enim mea, erunt tua. Si ex corde reliqueris partem tuam: ego ero pater tuus; si reliqueris agros & hæreditatem tuam, ego ero hæreditas tua; si reliqueris nuptias carnales: ego ero animæ tuæ sponsus; si fratres tuos & amicos deserueris: ego frater tuus, & amicus tuus ero; si tuam voluntatem, libertatem, & quod à creaturis sperare potes, deserueris: in me solo ista omnia cum excessu infinito inuenies. Ego denique sum Rex omnipotentis huius Regni, quod est Iustitia, Pax, & Gaudium in Spiritu Sancto; dabo tibi Iustitiam, augens illam semper, donec ad debitam sibi perfectionem perueniat; dabo tibi pacem, quæ exuperat omnem sensum, & pugnabo pro te, vt

Mat. 10. 29

Psal. 23. 11.

Ad Fratres de Monte Dei.

S. Greg. Homil. 38. in Euang.

h. Mat. 7. 2.



i Phil. 4.7.  
Isaia. 45. 2

18 Psal. 118.  
serm. 3.

k Num. 18.  
20.

Iesus hære-  
ditas Reli-  
giolorum.

l Gen. 15. 1.

mi. Cor. 2. 9

In lib. de vi-  
ris illust. Or.  
dis Cisteri.  
In magno  
spec. exemp.  
verbo Con-  
uersio Ex-  
empl. 12.

cam non amittas: *i ego ante te ibo, & gloriosos terre hostes tuos humiliter*  
aperiam tibi thesauros cœlestes, vt ex nunç delibare incipias bona, quæ  
tibi præparati; dabo tibi gaudium spiritûs, & manna absconditum: erunt  
fiet, vt cœdium tibi adferat, quidquid est in terra; & ego ipse ero tuum go-  
dium, tuaque lætitia; & in me solo inuenies, quidquid ad solacium tuum  
& saturitatem optare potes. Hoc (ait Sanctus Ambrosius) est emine-  
ter centuplum, quod promittitur, omnia, quæ possidebar, relinquens  
in quorum loco DEVS ipse fit eius hæreditas & possessio. Quemadmo-  
dum enim DEVS præcepit filiis Aaron, & tribui Leui, dicens: *k in terra-  
liorum Israel nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars hæ-  
reditas tua in medio filiorum Israel: ita etiam Religiosi relinquentes omnia*  
quæ possidebant in terra, accipiunt in possessionem & hæreditatem I-  
SVM CHRISTVM ipsum, cuius amore illa reliquerunt; & ipse re-  
pit in se, quod velit curam eorum gerere, eosque tanquam rem suam  
protegere: dicitque illis sicut Abrahamo: *l noli timere ego protector tuus  
sum, & merces tua magna nimis, ne doleas, quod terram tuam, cogita-  
tionem, & domum Patris tui reliqueris, vt ad Religionis terram, quæ  
tibi ostendam, peruenires: nam ego te sub protectione mea accipio, & ego  
ipsemet merces tua ero. Et quemadmodum ego sum infinitè magnus, ita  
ita ero tibi merces magna nimis: m quia neque oculus vidit, neque auris au-  
diuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus in hac vita & futura  
qui diligunt illum, & seruiunt perfectè. O largitas immensa, ô magnificencia  
infinita! fateor Domine, te seruis tuis largiri non solùm centum pro vno, sed  
infinita centenaria: siquidem das te ipsum illis, in quo omnia magna contine-  
ntur infinitis excessibus sunt collecta. O felices Religiosi, qui talem commuta-  
tionem facere didicistis, commutantes, quod terrenum est pro cœlesti,  
quod est temporale pro æterno, finitum pro infinito; & creaturas pro crea-  
tore: qui erit vobis omnia in omnibus, si seruo ei serueritis, illa omnia commu-  
tando.*

In huius veritatis confirmationem liceret tot testes adducere, quot sunt  
Religiosi Deo cum seruire spiritûs seruientes, & familiaritatem cum ipso  
habentes in oratione, in qua (teste S. Ioanne Climacho) in promptu solent  
centuplum, cum tam copiosis spiritualis gaudij inundationibus, vt in tri-  
dij suis tribulationibus & calamitatibus existiment sibi plenè iuxta hæc  
promissionem satisfactum. De quodam valde illustri viro, nomine Arnul-  
pho, quem S. Bernardus couertit, scribitur: quod cum graui quodam colica  
morbo premeretur aded, vt extra se cõstitueretur; ad se postea reueritus ce-  
perit subito magno clamore dicere, vera sũt omnia, quæ dixisti, ô bone Iesu  
& cum seruo eadem verba repeteret, interrogantibus Monachis, cur talia



verba proferret, respondit: quoniam Dominus in sacro Euangelio dixit: qui-  
cumque pro eius amore renunciauerit omnibus cognatorum suorum affe-  
ctibus; recipiet centuplum in hoc sæculo, & vitam æternam in futuro. Ita e-  
nim ego experior nunc in te ipso; & fateor me nunc centuplū ipsum in hac  
vita recipere. Ingens enim hic dolor, quo crucior, adeo mihi est dulcis, ob  
spem firmam mihi datam salutis meæ, vt nollem eam pro centuplo eorum,  
quæ in hoc mundo reliqui, commutare. Quod si ego tantus peccator tanto  
in meis calamitatibus afficior solatio: quantum accipiēti viti perfecti, etiam  
tempore suæ lætitiæ? nam verè spirituale gaudium, quo afficior, centies mil-  
lies superat mundanum gaudium, quo in mundo afficiebar. Hoc anctus il-  
le vir motus à Spiritu sancto, qui tantam ei lætitiā largiebatur. Et in hoc  
ipso die non desunt multi, qui seorsim sibi ipsis dicant, & fateantur hoc i-  
psam, ob gaudij plenitudinem, qua afficiuntur in possessione solius Dei, di-  
centes illud Dauidis: *n quid mihi est in celo, & à te quid volui super terram? de-*  
*ficiit caro mea, & cor meum? Deus cordis mei, & pars mea in æternum.* Quasi di-  
xerit: in te ipso solo habeo quidquid desidero: extrate igitur nihil volo.  
Quod si ignaui hoc ipsum in se non experiuntur; sibi ipsis, suæque ignauiæ  
in explendis suis votis, & Regulis seruandis id tribuant: quod si id sentire  
coeperint, incipiant cum nouo seruore iuxta suam vocationē viuere: promif-  
sio siquidem neminem excludit, & omnibus dicit Dauid: *o gustate & videte*  
*quoniam suauis est Dominus: Beatus vir qui sperat in eo: cui sit gloria in æter-*  
*num.*

n Psal. 72. 25

o Psal. 33. 5.

## CAPVT XI.

INGVNDOS FRVCTVS EX VNIONE RELIGIOSORVM, & parti-  
cipationem bonorum oparum eorum, partem esse prædicti  
illius centupli.



EC DV M EST finis recensendi multitudinem & magni-  
tudinem bonorum, quæ complectitur centuplum à Chri-  
sto D. N. Religiosis promissum. Voluit enim ipse, Regiam  
planè suam magnificentiam manifestare, ostendens clarif-  
simis suis donis magnum suum Regia illos studium, cuius  
typum habemus mirificè expressum in libro Cantecorum,  
iucunda quadam similitudine: quæ talis est: a *Vinea fuit*

parit Salomoni, in ea ciuitate qua habet populos multos hoc est, in Ierusa-

Typus Re-  
ligiosorum.  
a Cant. 8. 11.



lem : tradidit eam custodibus & agricolis , qui eam colerent & custodirent : *vir* quilibet *affert pro fructu eius mille argenteos*. Sed nihilominus vinea *coram me est*, cuius curam ego gero, *mille tui sint pacifici, & ducenti hi*, qui *custodiant fructus eius*. Vineam hanc est Ecclesia Catholica, ex ea precipue paritur (vt ait S. Gregorius) qua proficitur perfectionem Euangelicam & Regiam, sicut primi Christiani profitebantur; ideoq; dicere licet, intra ciuitatem Ierusalem, quae est Ecclesia vniuersalis, & multos populos sine nationes, & hominum status complectitur, habere Regem pacificum Christum D. N. electam vineam suae Religionis, cum regulis, votis, ac reliquis medijs, quae dirigunt ad obtinendam perfectionem Euangelicam. Hanc vineam tradit ipse Religiosis, quos vocatione specialiter vocat, vt eam colant, & content; vt sic perueniant ad perfectionem; & eorum Praelatis, quibus committit eius custodiam, & attentam curam. Quamuis non propterea curam suam deponat: semper enim haec vinea est in conspectu eius, qui in amore, quo eam prosequitur, valde oblectatur in eius custodia & cultura. Omnes hi conductores reddunt pro vinea & fructibus eius mille argenteos, quibus intelligit S. Greg. renuntiationem omnium rerum patrimoniarum, quas in mundo possidebant, significatas per numerum millenarium, & ipsum argentum : quas omnes tradunt pacifico Regi Christo Domino in eius pauperibus: exiunt se enim illis, vt cum maiori perfectione, & absque aliquo impedimento, melius ipsi possint seruire. Ac propterea mille argentei dicuntur pacifici; quod in eis abijciendis; & Christo ipsi tradendis, pax & quies nostra consistat; & per eosdem obtineamus pacem, & amicitiam cum sanctis, qui nos recipient in aeterna sua tabernacula. Sed superius noster Rex tradit ducentos custodibus fructuum vineae, dans eis promissa duplicata, quae plures sunt, quam ducenta millia. Quid (ait S. Gregorius) per ducentos intelligimus, nisi duplicem retributionem; quam requirimus, dum in hoc mundo perfecte pro Christo omnia terrena contemnimus; nam vnum centenarium nobis tradit in spiritualibus huius vitae bonis: alterum vero multo gloriosius in bonis aeternae gloriae. ita tamquam vt constanter custodiamus fructus huius vineae, opera scilicet propriae religionis.

§. I.

**I**NTER Hos fructus, qui etiam computantur tanquam pars centum, valde excellentia, & stupenda sunt bona, quibus Religiosi fruuntur, & mutuam, quam colunt inter se vnionem, tanquam partes cuiusdam corporis mystici, ad imitationem corporis naturalis: cuius membra, eo quod sunt inter se vnita & coniuncta, omnia attendunt ad bonum cuiusque, & singula accipiunt aliquid boni ab omnibus; & tunc etiam bonum, quod

*Ibidem.**Ibidem.*



ab eis accipit, est centies maius, quàm deserat. Quod si quæras: quodnam hoc bonum sit: dico esse omne genus boni, quod Philosophi honestum, vtile, ac delectabile appellant, adiuuante Domino nostro, vt bonum illud, magnum habeat augmentum & perfectionem. Quæmadmodum enim in celo oculo multitudo & varietas præmiorum, quæ sunt in beatis, auget præmium, & gloriam accidentalem omnium: quia vnusquisque valde gaudet ac delectatur ex bono omnium, quasi esset proprium; & possidet in altero, quod non habet in seipso, eò quod vnio charitatis omnes faciat, quasi vniam: ita (ait Sanctus Basilius) in Religione, vbi vnio charitatis valde floret: numerus Religiosorum, & varietas gratiarum, donorum, & talentorum, quæ in illis sunt, auget gaudium, & vtilitatem omnium: nam cum quisque fruatur proprio bono, & talentis à Deo sibi datis: etiam vitur, & fruitur talentis aliorum; & quod in se aliquis non habet, id habet in suis fratribus; & quod per se ipsum præstare non potest, id præstat per alios. Et (vt Sanctus Augustinus ait) dum quis amat bonum, quod alij habent, amore facit illud suum. Si non potes te ieiunare, aut vigilare: ama id in tuo fratre, & eius vigilia erit tua, & eius ieiunium tuum: & hac ratione vigilabis & ieiunabis cum eis. Ad hæc Dominus noster distribuit gratias inter omnes, vt omnes beneficiant vnique: & ita vnusquisque fruatur omnibus. Quibusdam dedit talentum ad gubernandum, vt me gubernent; alijs dedit gratiam discernentis vt mihi bene consulant; alijs donum scientiæ, vt me doceant; alijs donum linguarum, vt mihi ad eor loquantur. Inter alios distribuit excellentiam virtutum: vt hic exemplo suo me doceat humilitatem; ille modestiam; alius patientiam: ita vt tanquam carbones accensi alij alios accendant. Nec sine causa Dominus noster (vt explicat Sanctus Bernardus, & fufius postea dicemus) a eos dicit esse similes gregi tonfarum, scilicet ouium, quæ facile sibi inuicem adherescunt, vt mutuo incalescant: & simul dixit, esse sicut dentes, quæ mutuo valde ordinatè iuuant, ad cibum masticandum in vtilitatem orationum. nam singuli cum aliorum auxilio faciunt, quod nullus solus facere potuisset, vt propterea dicere liceat, vnum valere & posse, quantum cœorum: nam centum adiuuant vnum; & hac ratione Deus remunerat in centuplum, obsequium, quod quisque illi præstat. Ex his igitur corporalibus deprehendere possumus, quid in spiritualibus geratur: nam officia, quæ sunt omnibus distributa, adferunt singulis subsidium, in ipsa enim Religione habeo, qui meis morbis medeatur, qui consoletur, qui tristem visitet, qui tempore tentationum & periculorum manum mihi porrigat, qui reuerentiam familiarium curam gerat, qui cibos coëmat, coquat, & condiat, mensam sternat, me ad eam vocet: & quod Principes, magnique Domini

magnis

Lib. de Cō-  
stitus, Mo-  
nast. c. 19.

Lib. L.  
Homil. 15.

» »  
» »  
» »  
» »

a Cant. 4. 2  
Serm. 63. 1  
prauo  
Tract. 7. c. 10



magnis expensis, magnoque labore in suis domibus habent: id in regione habetur cum magna delectatione, propter unionem charitatis, & singulis alijs mutuo ministrant; ed quod in eis Christum Dominum caderent. Et (vt Sanctus Chrylostomus ait) omnes sunt eadem nobilitate; omnes serui, eodem genere seruitutis; omnes liberi, eiusdem generis libertate; omnes eisdem diuitijs fruuntur, eodem honore, & eisdem delicijs: quia hæc omnia sunt omnibus communia; ed quod sit quasi vnica anima in multis corporibus; & vnus Spiritus Dei, in multis animabus qui eas facit vnum secum & cum omnibus. Hæc omnia mirabiliter pinxit Regius Propheta dicens: *b Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum, sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron: Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon, quod descendit in montem Sion. Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in seculum.* Hæc verba (ait S. Augustinus) esse vocem, qua primos Christianos ad vitam simul ducendam, tanquam eiusdem famæ fratres excitarunt; estque tanta huius rei præstantia & magnitudo, vt non posset David sentum suum internum ea de re verbis explicare, statim rat ad affectus, dicens: *ô quam est plena & abundans omni genere bonorum vita Religiosa, in qua Religiosi viuunt tanquam fratres vno spiritu iuncti cum ipso Christo! quæ autem lingua explicare poterit vniones quas hæc vnio in se complectitur? virtutes enim omnium sese conueniunt, vt vnumquemque sanctificent; omnia delitiz conueniant, vt lætificent; & omnium vtilitates & commoda, vt illi profint; & ipse Christus D.N. cum suis Apostolis accedunt, vt singulos iuuent, & ipsemet Deus altissimam suam benedictionem adeo copiosam singulis impertit, vt centuplum, plus quam quisque illorum reliquit. Hoc pulcherrime exprimitur duæ illæ similitudines, quibus Psalmista hic est vsus.*

*In Apolog.  
vita monast*

*b Pf. 133. 1.*

*Ibidem.*

*1.*

*Exod. 30. 23*

*Ibidem.*

PRIMA est vnguenti preciosi, quo vngebatur caput summi Sacerdotis Aaron, fluebatque per eius maxillas & barbam vsque ad oram vestimenti eius. Cum enim hoc vnguentum conficeretur ex quatuor rebus valde odoriferis, ex myrrha scilicet electa, ex cinnamomo, ex casia, quæ est coloris viridi & ignei sicut cinnamomum, & ex calamo viridi, instar arundinis quæ omnia oleo oliuarum miscebantur: ita (ait Glossa) perfectio Evangelica, quam vita Religiosa proficitur, complectitur coniunctionem omnium virtutum; & conflatur ex mortificatione, non quacunque sed selecta: & contritio & humilitate, quibus homo reputat se cinerem, quo se operit & ex charitate accensa, & patientia vsque ad sanguinis proprii, si opus est effusionem; & ex heroica fide & spe, quæ temper floret, crescitque in fide à Deo adueniente: quod totum miscetur oleo deuotionis, & lætitiæ



realis in diuino officio; & cum operibus misericordiæ in bonum proximi. Harum virtutum coniunctio & Societas euellit radices discordiarum, trinitarum ac tardiorum inter homines; adfert pacem, gaudium, magnumque spiritum; & quasi vnguentum fragrantissimum vngit caput & barbam, vti que ad oram vestimenti, nam (vt S. Augustinus ait) hoc vnguento vnxit se Christus D.N. caput totius Ecclesiæ; & ab eo descendit ad Apostolos, ipsi maxime coniunctos, & viros fortes ac imperterritos ad ipsum sequendum, & ab his fluit ad reliquos Religiosos, qui eos sequuti sunt, & succedent vsque ad finem mundi, in eadē Evangelica Professione; qui sunt preciosa valde vestis ipsius Christi, qua partem collo suo proximam exornat. Non enim sicut hic Dauid, vnguentum Aaronis descendisse, vsque ad oram vestimenti, quæ terram tangebatur; sed ad oram capiti proximam. Nam sæculares sunt quasi vitima huius vestimenti Christi Domini ora, quæ res terrenas continent, propter curas & sollicitudines, quas gerunt rerum temporalium: Religijs, qui simul & vniti viuunt, sunt (vt ait idem Sanctus) tanquã ora superior vitula, per quam caput ingreditur, manetque ipsi proxima: Christus enim D.N. incipit induere totam Ecclesiæ suæ vestem per eos, qui fraterna charitate sunt vniti; quibus sese coniungit, eosque valde propese collocat, ob Excellentiam perfectionis eorũ quibus tantam pretiosi huius & fragrantis vnguenti abundantiam communicat, vt impleatur tota domus Religionis; à paratis ipsis, qui sunt caput, vsque ad reliquos omnes, fortes ac debiles, magis & paruos: vt omnes concordēs sint, lati, pleni deuotione cum vnione Spiritus sancti. Hoc vnguenti genere non licebat in lege veteri rem vllam vngi, quæ nõ esset ad Sancta Sanctorum dedicata; nec vllus homo, qui nõ esset de Sacerdotali genere Aaron: vt intelligeretur, vitam aded preciosam & excellentem solum conuenire Sacerdotibus spiritualibus, dedicatis & cõsecratis ad quærendam sanctitatem & perfectionem in supremo eius gradu.

Hoc amplius declarat secunda similitudo, quam adducit Dauid de Rore cælesti cadente super duos montes valde fecundos & pulchros, *Hermon & Sion*. Quid enim montibus vtilius est aqua, & rore cælesti, qui facit illos virefcere, fructuosque; in magna copia & pulchritudine proferre: sine quo rore aridi planè essent, & inutiles? & qui sunt duo illi mōtes *Hermon & Sion*, nisi duæ partes, quas religiosæ perfectionis celsitudo habet? altera, quæ exercet opera vitæ actiuæ ad passionēs domandas, & significatur per vocem *Hermon*, quæ significat Anathema, ac destructionem: repellit enim, destruit, & a se abijcit omne genus vitiorum, imperfectiones, & prauas omnes tristitias, quæ ab eis omnibus oriuntur, vt sese cum summa puritate dedicerent Deo: altera, quæ opera exercet vitæ contemplatiuæ, & significatur per *Sion* montem Ierusalem, significatque speculam, eod quod exurgat ad res æter-

Ita S. Augustinus & alij cõm-muniter.

2.

Hermon & Sion mysticè quidam



nas contemplandas, suosque oculos figat in rebus cœlestibus, super vnum  
 que montem descendens ros cœlestis, reddit eos fecundos sanctorum  
 rû; quibus ditat eos, qui coniuncti habitant in sancta fraternitate, porri-  
 tes alter alteri monti mutuas manus; & alterius opera, alterius iuuant, &  
 maiori studio in alterius opera incumbunt, fouent eos, qui exercent opera  
 alterius. Denique cum Religio sit fratrum vnio, sacro aded vnguentum  
 cta; & rore aded copioso irrorata, & tanquam mons aded excelsus fre-  
 ta; quid ad plenam ipsius perfectionem, bonamque fortunam superest,  
 vt ipsemet Deus largam suam benedictionem in illam mittat, in omni  
 nere bonorum cœlestium, quæ descendunt inde per Iesum Christum  
 sanctificandum, exhilarandum, & commodandum ijs, qui aded vniti vnio  
 vt eorum vita aded sit felix & fortunata, vt & per excellentiam vocari possit  
 verè VITA: nam multorum, animis disunctorum ac discordium vita, non  
 vita censenda est, sed mors: de qua dicere merito licet, ô quam malum  
 amarum, & graue est, eos qui per fidem & Baprtismum sunt fratres, videret  
 ter se discordes, absque vnione & vinculo Charitatis. Nam omnes sunt in-  
 gulorum cruciatus; & eorum vita est quædam inferni imago. Nam verbum  
 illud MEVM & TVVM, quod S. Chrylostomus *frigidum* appellat, gelat  
 rum charitatem; & ita omnes contendunt, vt quisque sibi vsurpet, quod  
 iam alter habere vellet, in Religione autem verbum illud aded *frigidum*  
 exulat; non est *meum* neque *suum*: quia omnia sunt communia, sicut  
 fratres, qui necdum bonorum paternorum distributionem fecerunt: quæ  
 si qua est contentio, illam, ait S. Basilius, esse, vt quisque virtutes rapiat, &  
 bere contendat, quas videt in suo fratre: cui tamen nullam propterea  
 iniuriam: quia non illi aufert, quod possidet; sed ad suum commodum con-  
 uertit, cum vtriusque voluptate: & sancta hac æmulatione omnes rapiant  
 nemini fit iniuria; sed vtilitas & bonum commune augetur.

§. 2.

I.

**C**V M PRÆDICTIS bonis alia etiam coniunguntur, quæ ad  
 centuplum referuntur propter Communionem Sanctorum, qui  
 in Ecclesia, & in ipsa Religione inter se ipsos; & propter communi-  
 nem, quâ militans Ecclesia habet cum triumphante; & Religiosa Congrega-  
 tio, quæ in terra versatur, cum ea, quæ est in cælo. Totum autem hoc  
 allicit & impellit ad vocationem diuinam, quæ talem vitæ rationem impo-  
 rat, audiendam. Et sic eminenter expletur quod dixit Dauid: a *participa-  
 sum omnium timentium te: Custodientium mandata tua.* Particeps, inquit, sum  
 Satisfactionum, Sacrificiorum, & Orationum, & aliorum operum bono-  
 rum, quæ reliqui faciunt: eò quod membra sumus eiusdem corporis mystici,  
 quod eodem Christi Domini spiritu informatur & viuit. Præterea

*Oratione de  
 Sancto Phi-  
 logonio.  
 Tom. 3.*

*De Constit.  
 Monast. 6. 19*

a P. 118. 63.



quod in gratiam Religionum facit Ecclesia, quæ cum sit Iesu Christi Sponsa, celestem suum sponsum imitatur, prosequens Religiosos singularibus favoribus ac privilegijs: quemadmodum Summi Pontifices à Spiritu sancto permoti fecerunt, concedentes eis ex communi thesauro nominatim, nec Indulgentias plenarias, tam in ipso ingressu Religionis, quam in eiusdem progressu, & in ipsa hora mortis; ut volumen, in quo illa continentur, vocetur *Mare Magnum*; eò quòd immensas gratiarum aquas contineat, ad refrigerandos spiritus proferentium vitam adeo perfectam, quos centuplo amplius remunerat, quam sæculares.

VENIAMVS nunc ad speciales fructus, quos Religiosi colligunt ex Communione Sanctorum, eò quòd sint eiusdem Religionis membra: quæ enim non sit communicatio in meritis gratiæ & gloriæ, quæ unicuique datur tantum secundum eius opera: est tamen in multis alijs rebus ista communicatio nam propter merita & sanctitatem multorum in ipsa Religione coniunctorum, benefacit Deus alijs, qui id per se ipsos non merebantur. Si. n. b. *decem milia, qui inueniuntur in Sodomis*, tatis fuisset, ut Dominus omnium illorum mileretur, illis parceret, & *totam civitatem non deleteret*: quòd magis sufficiet Congregatio tot Iustorum & feruentium, ut bene faciat etiam tepidioribus: Deinde nulla est Religio, in qua non offerantur Deo multa sacrificia & orationes pro eiusdem bono, & augmento: cum autem Cõmunitatis ipsius bonum complectatur bonum particularium: id, quod in communi fit, etiam pro particularibus fit, & orationes tot Iustorum plurimum possunt ad impetrandum pro omnibus. Propterea enim S. Iacobus Apostolus sua sit, dicens: *orate pro invicem ut saluemini*, & ipse Christus Dominus dixit: *de se esse in medio eorum, qui in eius nomine essent congregati*, eorumque orationes audiretur. Ecce iniustus, qui per se non meretur exaudiri, si accedat ad orandum cum Iustis, impetrat pro se, quod illi petunt. Et quamvis Rex Ioram impius esset, ac detestandus, quia tamẽ coniunxit se Regi Iosaphat, qui erat vir sanctus, impetrauit à Propheta Elisæo quod petebat, quamvis hic ipsi Iorã dixerit: *e vivit Dominus Exercituum, quòd si non vultu Iosaphat Regis Indæ erubescerem, non attendissem quidem te nec respexissem*. Ad hæc magna est satisfactionum Communio in vita & in morte: quæ liberalissimè applicantur per sacrificia & orationem. Et quoniam prolixum esset, referre, quid in omnibus Religionibus fiat, insinuabo solum, quæ in nostra Societate geruntur datur: enim nobis centies, & millies plus ex isto thesauro, quam ordinariè habuissemus in sæculo. Nam singulis mensibus, & singulis hebdomadis, omnes Sacerdotes offerunt certum numerum Sacrorum pro Societate; & singuli fratres Coadiutores certum numerum Coronatum & Orationum: qui cum sint plurimi, fieri non potest, quin magna pars cedat singulis. Pro defunctis

Indulgentiarum multarum Religionibus concessarum.

2.

b. Gen. 18. 33

c. Iacob. 1. 16  
d. Mat. 18. 19

c. 4. Ro. 3. 14



etiam, omnes Sacerdotes vniuersæ Societatis singulis mensibus offerant vnum Sacrum; Fratres verò vnâ Coronam: quæ singulis septimanis erunt multa millia Sacrorum & Coronarum. Et quoniam ordinariè non moriantur singulis septimanis nisi pauci, & interdum nulli: quoniam ingens thesaurus singulis obuenit vt breuissimo tempore ex purgatorio liberentur!

3.

f. 2. Mach  
25. 12.

Sed ex congregatione Sanctorum Religiosorum, qui versantur in terra, ascendamus ad illam, quæ est in Aula cælesti: qui procul dubio non cessant orare pro fratribus suis, qui adhuc versantur in terra. Si enim Omnia Jeremias iam f. *defuncti multum orabant pro populo hebræo*: etiam Religiosorum fundatores & reliqui eiusdem familiæ, qui cum ipsis in cælo sunt: orabunt pro Religioso populo suo. Et querit admodum Deus D. N. magna beneficia largitus est filiis Abraham, Isaac, & Jacob ipsorum parentum intuitu, in faciet Religiosis, propter intercessionem Patrum, qui sunt iam in cælo securi de suo præmio, & solliciti de nostro periculo. Scribitur autem de quodam illorum, quoddam, imminente morte, filios valde propterea tristes, consolatus, dixit: se plus posse illos iuuare mortuum, quàm in hoc exilio vitam: nam se eam habere fiduciam, quoddam plus posset in cælo apud Deum retinere, quam potuisset in terra. Quod si hinc transeamus ad totam curiam Ecclesiæ triumphantis, licebit certe sperare, eam singularibus favoribus prosequi Religiones, sicut militans prosequitur: siquidem ex huius status vna magna illius pars constat, & quidem in altioribus gloriæ thronis. Qui debiret, quin ipsi Angeli in maiori numero accurrant ad propugnandos Religiosos, in suis pugnis & angustijs, ita vt, cum magna fiducia dicere possint quod Religiosus Elifæus dixit: *plures nobiscum sunt, quam contra nos: nam contra vnum hostem nos persequentem, sunt centum propugnatores.*

g. 4. Re. 6. 16

h. Cant. 3. 7

Serm. 45. in  
Cant.

Religio le  
ctulo Sa-  
lomonis  
assimilatur  
i. Cant. 1. 16.

quidem, vt supra ex sancto Ambrosio retulimus; Status sanctior diligentius ab Angelis custoditur, & h. *lectulum Salomonis sexaginta fortes ambulant, de quo lectulo S. Bernardus ait, quoddam sit Religio; quemadmodum enim homo, post magnum aliquem laborem requiescit in lecto; ita in mundi tumultibus detragati, cum accedunt ad Religionem, inveniunt requiem, & ipse Christus in eis requiescit: quia lectus est vtrique, communis, ita etiam sponsa cum cælo quens, dixit: *lectulus noster floridus, floribus scilicet virtutum absque spina curarum secularium, ne autem quies hæc interturbetur, magnam Deus adhibet custodum multitudinem.**

4.

Sed quid dicemus de Virgine Sacratissima, omnium Sanctorum Regina & fidelium omnium matre? quæ singulari procul dubio studio & amore proteget Religiones, ipsius etiam obsequio dedicatas? cuius intercessionem apud filium adeo est potens vt sufficiat centum pro vno deuotis suis impetrare. Memento enim, quid fecerit in nuptijs Canæ Galilææ: in



quibus ob exiguum prandium sibi & filio exhibitum, impetrauit eis *sex hy-*  
*dras vini preciosissimi.* Si igitur in domo nuptiarum carnalium id Virgo san-  
ctissima fecit, quid faciet in Religione, in qua semper spirituales animarum  
cum Christo nuptiæ celebrantur? quibus & ipsa tanquam mater adest, & fa-  
cet: sine dubio impetrabit etiam centuplum ijs, qui relinquentes omnia, ex  
nimo ipsius obsequio se mancipant.

1. Ioan. 2. 10.

C A P V T XII.

PLENARIAM PRÆTERITORVM PECCATORVM remissionem, &  
auxilia statui Religioso annexa, & pignus, cautionem æternæ vitæ, par-  
tem esse promissi centupli.

**R**ES ALIOS fauores insignes exhibet Deus noster Religioni,  
vt centuplo promisso amplius illam dicit: vnum exhibet in ipso  
ingressu: secundum in toto vitæ progressu: tertium, quasi cautio-  
nem certiorē salutis, tempore mortis. Quæ omnia sunt mo-  
dica, & media ad ipsam vocationem; vt status, cui Deus aded iucundè ac be-  
neuolet fauet, eligatur; & vt magnò solatio in eo vinat, qui illum est aggressus.  
PRIMVS fauor, & quidem valdè magnus, est: quòd ipso die, quo Religiosi-  
tatem edunt professionem, aut substantialia sui statùs vota, concedat ipsis  
Deus plenariam omnium peccatorum remissionem, ita vt, si post dimissas  
culpas per penitentiam Sacramentum debeant adhuc centum, aut mille an-  
nos grauissimarum pœnarum in purgatorio: in ipso momento indulgetur  
illis liberalissimè & plenariè etiam pœnarum illarum remissio, atque si  
eodem die, Baptismi Sacramentum sumerent. Religio enim est secundus  
Baptismus secundum sententiam SS. Hieronymi, Bernardi, Thomæ, & a-  
liorum Patrum. Qui dicunt, quemadmodum in Baptismo, quæ ianua est, qua  
intratur in Ecclesiam, conceditur integra remissio culparum & pœnarum,  
quæ propter eas debentur, eò quòd sit quædam spiritualis regeneratio; ob  
quam homo desinit esse quod erat, & incipit esse quod non erat, exuens ve-  
terem hominem, & renuncians Sathana, & pompis eius; vt induat hominè  
nouum, cuiusque legem profiteatur, & imitetur virtutes: ita in professione, &  
votorum editione quæ ianua sunt ad ingressum in Religionem, vt fiat eius  
membrum; consequitur Religiosus plenam remissionem omnium pœna-  
rum, quarum propter suas culpas ætèrnalis reus: nam & hæc est secunda re-  
generatio spiritualis, per quam desinit ille esse quod erat in sæculo: abscin-  
dit enim radices & occasiones peccatorum, renunciat pompis huius mun-  
di, & operibus carnis, vt vitam inchoet nouam, sequens perfectè Christum.

I.  
Religio se-  
cundus bap-  
tismus.  
S. Hier. Ep. 8  
ad Democ.  
25. de morte  
Basilla.  
S. Bern. li. de  
Præcep. &  
Dispens.  
S. Tho. 2. 2.  
q. 61. a. 3. ad  
3. & in 4.  
Sens. Dist. 4.  
q. 3. a. 3. q. 3.  
ad 3.  
S. Bonin. A-  
pollo. Paup.  
pau. 3. 1.  
resp. ad 3.





Cum igitur Religiosus nunc tradat Deo quidquid dare potest, & deinde quidquid habet, & habere potest etiam seipsum, ut ipsi Domino perfectio seruiat: credendum est, Deum ipsum remittere, quidquid ille ratione praterita debebat. Et qui aded est liberalis, ut centum reddat pro vno; et in hoc casu remittet centum non soluenti nisi vnum; & contentus erit quod offertur; quamuis supponamus, non equiuale re ipsi debite; quia igitur Deus singulare hoc priuilegium Professioni Religioſe, quæ opus aded præstans & heroicum; ut Religiosus expeditis omnibus suis cum rationibus præteritis, nouum incipiat librū, & vitā nouam, tali statu dignam.

Hinc ortum habet secundus Dei erga Religionem fauor, ut Religioſe perfectione in ea assequatur, quā intendit. quæ admodū. n. Baptismus præstatur gratiā qua sanctificatur anima, tribuit aliam, speciale ipsius propriā, hoc est inspirationū & auxiliorum interiorū copiā, ad custodiendā legem Euangelicam, quā baptizatus in baptismo profiteretur; & ad pugnandū cōtra impugnantēs tentationes, ut suo loco est dictū: ita Religio ex speciali Domini nostri fauore, adfert secū gratiā quandam, quam licet appellare vocationis propriam; quæ in eo consistit, ut Religioſis inspirationes, & interna cōsilia præbeat, quæ necessaria sunt ad vota sua implenda, ad custodiendas Regulas, & vincendos hostes, qui tentationibus eos impugnant: ita ut cum suauitate possint perfectionem consequi, quam profiterentur. Nam quod crescunt hominum obligationes ad eam procurandam: eodē etiam subsidia diuina crescūt: & cum ipsæ obligationes duplicantur etiam subsidia veniunt duplicata. Et hæc causa fuit, & motiuum, ut Christus Dominus noster duplicata præmia Religioſis polliceretur: quia scilicet bis moriuntur mundo, cum duplici obligatione ipsum Christum sequendi, eiusque perfectionem imitandi. Vna est ipsa cum reliquis Christianis communis, quæ oritur ex Sacramento Baptismi: altera est ipsorum propria, ex Baptismo suæ professionis. Et propter vtramque possumus etiam ipsos conferre (ut scribitur in libro Canticoſa) a gregebus ouium consarum, quæ ascendunt de lauacro, omnes gemellis foetibus, & sterilibus non est inter eas. Et quid aliud sunt Religioſi, nisi greges ouium rationalium, audientium vocē Pastoris sui Christi Domini, vocatis eas, ut ipsum cum perfectione sequantur. ipsi verò amore eius spoliant se lana omnium bonorum temporalium, quæ possidebant; & ex corde suo expellūt affectū inordinatum ad omnes res huius mundi. Et quemadmodum oues tonse remanent valde albæ, eodē quod de posuerint superiorem lanæ partem, quæ solet esse sordida: ita Religioſi per omnium rerum renunciationem, & affectionum, quibus illis adhærebant, remanent puri, & candidi in spiritu, & intrant in secundum balneum, & baptismum Professionis & votorū vnde procedūt mundissimi, & liberi ab omnibus culpis & pœnis, sicut ex primo prodierant, ut dictū est.

Tom. 1 Tra. 1. c. 1. § 4.

a Cant. 4. 1.

Religiosi greges ouium rationalium.

Similitudo ouis tonse & Religioſorum.

Execun-



Exercentes autē ascendunt ex lauaerō, hoc est per gratiā vocationis ascende-  
re incipiunt, & crescere ac progredi de virtute in virtutem, proferente vno-  
quoque fructus duplicatos; dū exercent opera, quæ sunt de præcepto, & quæ  
dantur sub consilio; opera dilectionis & cultūs Dei, & amoris ac utilita-  
tis proximi: ita vt nullus eorum sit otiosus, *sterilis*, aut inutilis: & quemad-  
modum huiusmodi fructus duplicantur: ita etiam eorum præmia; & ita im-  
pletur quod scriptum est, *b in terra sua duplicia possidebunt*, ad modum primo-  
genitorum, quibus lex iubebat dari inter fratres *c cuncta duplicia*. Et quo-  
niam Religiosi sunt IESV Christi primogeniti, eò quòd Apostolorum &  
primorum Christianorum, qui fuerunt primitiæ spiritūs sancti, perfectio-  
nem imitentur, id eò vult Dominus noster duplicatam illos habere hæredi-  
tatem inter reliquos Iustos.

VENTIAMVS nunc ad vltimum & præstantissimum fauorem, qui mensu-  
ram implet cētupli ob speciale pignus & cautionem, quam Dominus noster  
dat Religiosis, quod sint æternam beatitudinem consequuturi, cum ea secu-  
ritate, & certitudine, quæ potest in hac vita haberi in Religione, quam sunt  
professi. Inter hæc pignora demus primum locum octo illis, quæ Christus  
D.N. d. *Beatitudines* appellauit; tribuendo vnicuique duplicatum præmium  
nam (vt S. Augustinus ait) omnes illæ continent aliquid quod datur in hac  
vita, tanquam pignus eius, quod plenius dabitur in gloria: quamuis enim in  
genere communes illæ sint omnibus Iustis, peculiari tamen modo compe-  
tunt Religiosis. Religio enim est schola, vbi exercentur eminenter octo il-  
læ beatitudines: *Pauertias* scilicet, quæ materia est primi voti Religiosi, cu-  
ius præmium est regnum prædictum. *Mundities* cordis cum *Castitate* corpo-  
ris, & animæ, quæ materia est secundi voti, & ei promittitur *Visio Dei*: hic  
quidem per contemplationem cum obscuritate; & postea apertè facie ad fa-  
ciem. *Fames* & *sitis Iustitiæ*, & illius cibi, qui materia est tertij voti, de quo di-  
xit Saluator *e meus cibus est, vt faciam voluntatē eius, qui misit me*: Est enim tā-  
tum fames, vt non satiatur, si sumat tantum Obedientiam præceptorum: sed  
etiam appetat & sumat Obedientiam consiliorum. *Mansuetudo*, quæ iram, &  
vindictam ex Superbiæ ortas cohibet, redditque homines humanos & affa-  
biles, ac Dominos terræ cordium humanorum. *Luctus* & lacrymæ ob culpas  
& miseria proprias, & aliorum: cuius præmium est solatium, cum datur  
venia, & illæ miseriæ reparantur. *Misericordia* quæ subuenit, quantum po-  
test, proximorum necessitatibus, quarum vnaquæque Religio aliquas susci-  
pit reparandas. Esse *pacificum*; benefaciendo ijs, qui malè ipsis faciunt: stu-  
dentes pacificare omnes cum DEO, sicut ipsi sunt cum eo in pace: ob quam  
causam digni sunt, qui sint filij DEI. Ac denique ferre tentationes, ac *perse-  
cutiones pati propter Iustitiam* & perfectionem, quam profitentur. nihil de ea

relaxan-

b *Isa. 61. 7.*  
c *Den. 21. 17.*

3.

d *Mat. 9. 2.*

*Lib. 1. de ser.*  
*Domin. in*  
*mon.*

Religio fi-  
lio octo  
beatitudi-  
nem.

1.

2.

3.

e *Ion. 4. 3. 4.*

4.

5.

6.

7.

8.



relaxantes propter illas: & ita premium eorum est Regnum caelorum. itaque Religio has octo beatitudines ita excellenter colit, & exercet: patet centuplum, quod in hac vita promittitur, complecti omnia haec omnia; quatenus illis in hac vita frui licet, tanquam certis pignoribus, in aera consequendi, quod in illam differtur.

*Mat. 19. 26*

SED EST adhuc specialis securitas, & pignus *f. obtinendi vitam aeternam* quod innititur peculiari promissioni, Christi D. N. dandi eam ijs, qui propter ipsum *renunciarent rebus omnibus*. cum enim haec promissio sit specialis & sub pacto & conditione, ut renunciatur omnibus, quae quis possidet: quid amplius in se complectitur, quam generalis illa reddendi vitam aeternam custodientibus eius mandata. neque hoc aliud est, quam quod illis datur quod pignus magis certum, & cautionem securitatis, quod obtinebunt vitam aeternam. Quod si querras: quale pignus & cautio haec sit? respondeo: quidquid haecenus diximus de centuplo, quod datur in hac vita; & gratia propria vocationis Religiosae, cum singulari Domini nostri auxilio ad studenda mandata, & consilia; & perseverandum in eius gratia vitae aeternae: removens eis peccandi occasiones; subueniens in tentationibus frequenter eos visitans suis inspirationibus; vocans efficaciter ad penitentiam, si in aliquod peccatum labantur; excitans eos ad exercendas virtutes, & peculiarem habens de rebus eorum providentiam, ut supra est dictum. Et hinc apparet vocationem ad statum Religionis, & perseverantiam in eo signum esse praedestinationis; quemadmodum S. Laurentius Iustinianus in verbis affirmat: in humanis rebus & in hac peregrinatione nihil tam efficaciter gerit in se imaginem caelestis patriae, quam Monastica conuersatio, congregatio diuino cultui dedicata. Supernis namque ciuibus, vna est ratio, vna gloria, communis laetitia, concors voluntas, mutua dilectio, & sempiterna securitas: quae aequè in Congregationibus vniuersimode degentibus reperitur: ita tamen, ut quod illi tenent in re, isti habeant in spe. Religio enim est caelestis illius ciuitatis introitus. Iste nempe est locus, de quo ait Iacob, *g. vere non est hic aliud nisi domus Dei ex porta caeli*. Secure speret postea peregrinationem ad illam supernam intrare Ierusalem: quicumque in hac Iulorum Congregationem fuerit vocatus: magnum quippe Electionis indicium est, huius fraternitatis habere consortium. Hoc idem confirmat Sanctus Bernardus, dicens: Religionem (quam ipse cellam appellat) esse vitam quam caelum; nam, quod Sancti in caelo, id Religiosi faciunt in cella; de qua haec facile ascenditur ad caelum, & vix aut nunquam descenditur ad infernum: non enim in ea perseverat, nisi qui est praedestinatus ad caelum. Quo Religiosis laetitia quaedam oritur, quae non solum centies, sed millies etiam superat eam, quam habuissent in possessione totius mundi: ut appa-

*Lib de Perf.*

*Monast.*

*Conu. c. 7*

”

”

”

”

”

*g. Gen. 28. 7.*

”

”

”

*Ad Frat. de*

*monte Dei.*

”

Religio

quasi coe-

lum.



mit in exemplo, quod capite decimo retulimus. Hoc enim sola spes sufficit adferre illis tantam cordis lætitiã: de qua dixit Christus D.N. suis discipulis *h nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cœlis.*

h Luc. 10. 20

*Predictorum Conclusio.*

**H**ÆC SVMMMA est Promissionum omnium, quibus Christus D. N. homines vocat, qui ipsum in statu perfectionis sequantur, sed quamvis multa de eis dixerimus, non potest tamen verus conceptus & opinio de earum præstantia & dulcedine haberi, donec ipsa experientia id doceat viuentes cum tanta puritate in Religione, vt eam degustare ac prælibare digni sint. Nam, vt rectè ait S. Laurentius Iustinianus: Nemo nisi expertus percipere sufficit, quàm amabilia, quàm dulcia, quàm præciosa sint, quæ largitur Deus ijs, qui pro ipsius amore suis, sibiq; renunciant. Renuncia illis serid: & statim hæc experieris; Nã S. Petrus prius dixit Magistro suo, *nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo eris nobis?* & mox lequuta est promissio cētupli prædicti: vt intelligas te debere fidere fidei & verbo Dei & in hac fiducia renunciare omnibus, quæ possides: tunc enim dignus eris, qui excelsum hoc præmium accipias: iuxta illud Ecclesiastici: *homo sensatus, credit legi Dei, & lex illi fidelis: quia stat promissis ei, qui bona fide statuit eam custodire.*

De Monast. Conu. cap. 2

i Mat. 19. 27  
k Eccl. 33. 3

CONCLVDAMVS tandem rem hanc ijs, quæ S. Bernardus adfert, vt tepidis, & pusillanimis secularibus silentium indicat, qui ex defectu fidei & confidentiæ dicunt; ostende mihi centuplum, quod promittis, & libens vniuersa relinquo. Vt quid (inquit) ostendam? fides enim non habet meritum: cui humana ratio præbet experimentum. An potius homini ostendendum, quàm veritati crederes promittenti? deficiis scrutans scrutinio: nisi credideris, non intelliges. *h Manna absconditum est: quod victori promittitur; & nomen nomen est: quod nemo scit, nisi qui accipit. m Datum optimum est cētuplum hoc de sursum descēdit, a Patre luminum. An nō omnia possidet: cui omnia cooperantur in bonum? annon centuplum habet omnium, qui impletur spiritu Sancto? qui Christum habet in pectore? nisi quod longè plus, quàm centuplum est, visitatio Paraclæti spiritus, & præsentia Christi. Hoc ergo centuplum n adoptio filiorum Dei est: libertas & primitiæ spiritus, delicia charitatis, gloria cōscientiæ, o regnum Dei, quod intra nos est: non vti que, p esca vel panis: sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu Sancto; gaudiū sanè non modò in spe gloriæ, sed etiam in tribulationibus. Hic est ignis, quem Christus venit mittere in terram, & voluit vehementer accendi. Hæc est virtus ex alto, quæ Andream fecit amplecti crucem; Laurentium ridere carnifices; Stephanum pro lapidantibus flectere genua ad Orationem, hæc est pax; quæ superat*

,,  
,,  
,,  
,,  
,,  
,,  
i Apo. 21. 7.  
m lac. 1. 17.  
,,  
,,  
,,  
,,  
n Rom. 8. 15  
o Luc. 17. 21  
p Ro. 14. 17  
16.  
q Luc. 12. 49  
,,  
,,  
,,

Tom. 3.

Gg

omnem



omnem suam: sed & huic, quidquid sub sole placet, quidquid in mundo cupiscitur, non poterit comparari. Hæc gratia deuotionis, & vnctio domus de omnibus: quæ expertus nouit: in expertus ignoscat: quoniã nemo scit, qui accipit, Hæc S. Bernardus, quæ omnia plurimũ conferunt ad hoc, religiosi suũ statum magni faciant, vitam q̄: suã ita instituãt; vt copiosos hinc fructus colligant, & promissis eis præmijs statim frui incipiant. Item cõmines leuiores promissis, minus q̄: certis magnos aggrediãtur labores: quum est, vt cum ad egregium hoc facinus à Deo vocantur, statim euocationi pareant; attendentes diligenter, per quænam media Deus illos deducat: quæ sunt procul dubio stupenda; vt in proximo tractatu apparet in quo reliquas felicissimi huius status excellentias prosequemur.

TRACTATUS QUARTVS.  
DE SPECIALIBVS AD RELIGIO-  
SVM STATVM AMPECTENDVM VOCATIO-  
NIBVS; ET SUPPLENDIS MEDIIS QUIBUS  
DEVS eas dirigit.

CAPVT I.

AD DEVM PROPRIE SPECTARE, VOCARE ALIQVEM AD  
*Statum Religionis; eiusq̄, uocationem necessariam esse ad eum  
tuo adendum.*



VNDATA iam domo Religionis super lapides fundamen-  
tales, & columnas suas; paratis iam sacrificijs ac uoti-  
strata mensã Regularum & Constitutionum, & religio-  
ad leuamen & subsidium eorum, qui in ea sunt habituri  
necessarijs: ad Sapientiam diuinam, quæ eam fundat  
præcipue pertinet (vt ait Salomon) *vocare ad arcem,*  
in ea habitent: nam ad fundatorem & Dominum domus spectat, opus  
promouere; & operam dare ne desit, qui velit eam inhabitare. Et quæ  
modum ipse Saluator dixit: *vir nobilis, b qui facit cenã aliquam magnã,*  
*tere solet seruum suũ conuiuas inuitare, & uigere, vt veniant, ad potiendũ rebus*  
omnibus præparatis. Et similiter e *Rex, qui facit nuptias filio suo, mittit ser-  
uos, vocare inuitatos ad nuptias.* Cũ igitur diuina Sapientia in sua domo Reli-  
gionis præparauerit solenne cõuiuũ, vt vidimus: & in ea faciat nuptias  
marum cum Christo quæ profitentur Castitatẽ, & vitã Religiosã: ad eam

a *Prou. 9.4.*

b *Lu. 14.17*

c *Mat. 22.2*